quinque ancillis rapuit; et sacrificiis quorum causa venerat omissis, Sidonem ad Aegypti regem Proteum traiecit. qui custodiae domus Menelai erant praefecti, animadverso Helenae raptu, statim ei in Cretam rem nuntiant. qui ingenti dolore ictus illico Spartam rediit, et in omnes partes dimittit qui Helenam requirant. aliquanto post tempore Paris ex Aegypto domum salvus revertitur; quem Priamus et Hecuba recipientes visa Helena obstupuerunt, et quaenam ea mulier, undeque esset sciscitati sunt. ipsa se Alexandri cognatam, magisque se ad Priamum et Hecubam quam ad Plisthenis F. Menelaum pertinere respondit: quippe Dardanum Troem ac reliquos ab hoc procreatos reges originem ducere a Danai filia Plesiona. Dymam porro regem, Hecubae patrem, genus repetere ab Agenore Danai patruo: eum Dymam consanguineum esse Ledae, suae matris. haec locuta Helena, et iuramento confirmans nihil se de bonis Menelai secum tulisse, cum iureiurando sibi confirmari vicissim impetrasset se deditum non iri, apud ipsos cara acceptaque remansit. Agamemno re cognita ante bellum nuntios legat Menelaum et Ulyssem, cum literis Clytaemnestrae, quae soror Helenae, uxor Agamemnonis erat, Menelao reddi coniugem suam postulans. sed ii re infecta sunt dimissi. itaque Agamemno et Menelaus omnibus Europae regulis ad belli societatem conductis, etiam filio Thetidis et Pelei Achille cum

τῶν Μυρμιδόνων στῖφος, καὶ Νέστορα τὸν Ἠλεῖον καὶ τὸν Ἰθα-
κήσιον Ὀδυσσέα καὶ τοὺς δύο Αἴαντας Διομήδην τε καὶ Ἰδομενέα
καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ γενναίους σὺν ναυσὶ χιλίαις ἑκατὸν ἐνενή-
κοντα ὀκτὼ ἐκστρατεύσαντες ἀποπλέουσι. καὶ παρὰ Αὐλίδι οὕτω
καλουμένῳ χωρίῳ παραχειμάσαντες κατὰ Ἰλίου ἐστρατοπεδεύοντο.
τοῦ χειμῶνος δὲ ἀντικειμένου αὐτοῖς ἐπὶ πολὺ Κάλχας ὁ μάντις
θυσίαν ὀφείλειν τὸν Ἀγαμέμνονα εἶπε τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τῇ
Ἀρτέμιδι παρασχεῖν, θεᾷ τῆς χώρας οὔσῃ· ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν.
ἀλλὰ μὴν καὶ γυνὴ συνῳδὰ τῷ Κάλχαντι προφητεύουσα εἶπεν ὡς P 125
εἰ μὴ τὴν πρώτην Ἀγαμέμνονος θυγατέρα τῇ Ἀρτέμιδι προσαγά-
γωσιν, ὁ χειμὼν οὐ λυθήσεται. οἱ δὲ οὐ διὰ τὸν χειμῶνα τοῦτό
φασι συμβῆναι, ἀλλὰ διὰ τὸ αἶγα μεγίστην παρὰ τὸ ἱερὸν τῆς
Ἀρτέμιδος τοξεῦσαι καὶ ἀνελεῖν τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ ἐπὶ τούτῳ
μᾶλλον λοιμικὴν νόσον γενέσθαι. καὶ διστάσεως γενομένης καθαι-
ρεῖται μὲν Ἀγαμέμνων τῆς βασιλείας, Παλαμήδης δὲ ἀντ' αὐτοῦ
προχειρίζεται. ἐφ' οἷς Ὀδυσσεὺς δεινῶς διατεθεὶς προσποιεῖται
μὲν πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ἀποπλεῖν, παραγίνεται δὲ πρὸς Κλυ-
ταιμνήστραν τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος γυναῖκα εἰς τὸ Ἄργος, καὶ
πλαστοῖς γράμμασι τὴν Ἰφιγένειαν λαβὼν (αὕτη γὰρ ἦν πρώτη B
τῶν τοῦ Ἀγαμέμνονος θυγατέρων) ὡς Ἀχιλλεῖ κατὰ τὸ στρατόπε-
δον ἀριστεύοντι δοθησομένην γυναῖκα ὑποστρέφει μετὰ ἕδνων, καὶ
παραδίδωσι ταύτην τοῖς ἱερεῦσι πρὸς ἱλασμὸν τῆς Ἀρτέμιδος. ὡς
οὖν ἔμελλον εἰς θυσίαν ταύτην προσάγειν, ἔλαφος ἀντ' αὐτῆς εὑ-
ρέθη προσισταμένη τῷ βωμῷ, ἥτις καὶ προσηνέχθη θυσία ἀντὶ

Myrmidonum ipsi subdita cohorte, Nestore praeterea Eleo, Ulysse Ithacensi, duobus Aiacibus, Diomede Idomeneo aliisque multis et generosis, cum classe navium sexcentarum octoginta octo ad bellum Ilio inferendum proficiscuntur; atque Aulide primum in hibernis subsistunt. ibi cum tempestate diutius detinerentur, Calchas vates edixit debere Agamemnonem filiam suam Dianae, quae dea eius loci esset, immolare. verum hoc Agamemno renuit. sed et mulier Calchantis oraculo consentanea vaticinabatur, tempestatis non ante finem fore quam prima Agamemnonis filia Dianae sacrificaretur. alii non tempestatis causa haec evenisse tradunt, sed ab Agamemnone capram maximam sagitta fuisse interfectam iuxta Dianae fanum: ob id acrem pestem exstitisse, obortaque in castris discordia Agamemnoni imperium fuisse abrogatum, et Palamedi mandatum. Ulyssem, quod ea aegerrime ferret, simulato se in patriam navigare, Argos ad Clytaemnestram se contulisse, Agamemnonis uxorem: ab ea Iphigeniam, filiarum Agamemnonis natu maximam, fictarum literarum ope, in quibus erat eam Achilli virtute in exercitu primo nuptum peti, cum dote abstulisse; reversumque ad stationem sacerdotibus eam tradidisse, cuius sacrificio Diana placaretur. ceterum cum Iphigenia iam ad mactandum duceretur, eius loco cervam arae adstitisse,

τῆς παρθένου. καὶ ταύτης διασωθείσης καὶ ἀποδοθείσης τῷ πατρὶ ζώσης, ἱέρειαν αὐτὴν παραυτὰ τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος Ἀγαμέμνων ἀφιέρωσε· καὶ Ὀδυσσεὺς ἀποδοθῆναι αὖθις τὴν βασιλείαν τῷ Ἀγαμέμνονι παρεσκεύασε. Παλαμήδην δὲ μετ' ὀλίγον Ὀδυσσεύς, πλαστοῖς γράμμασι καὶ μάρτυσι χρησάμενος, αἰτίαν προδότου C τίθησιν, καὶ παρασκευάζει τὸν στρατὸν λιθοβολῆσαι αὐτόν, καὶ τὸ λείψανον τεφρώσαντας Ναυπλίῳ τῷ αὐτοῦ πατρὶ παραπέμψαι. οὗτός ἐστι Παλαμήδης ὁ καὶ τὴν τάβλαν ἐφευρὼν πρὸς μετεωρισμὸν τοῦ στρατοῦ, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ σύνθεσιν σὺν φιλοσοφίᾳ πολλῇ καταστήσας. ὥρισε γὰρ εἶναι τὴν τάβλαν τὸν γήϊνον κόσμον, τοὺς δὲ δώδεκα κάσους τὸν ζωδιακὸν ἀριθμόν, τὸ δὲ ψηφόβολον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κοκκία τὰ ἑπτὰ ἄστρα τῶν πλανήτων, τὸν δὲ πύργον τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ οὗ ἀνταποδίδοται πᾶσι καλὰ ἢ κακά. ὁ αὐτὸς εὗρε καὶ τὰ ιϛ' γράμματα τοῦ ἀλφαβήτου, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. προσέθηκε δὲ αὐτοῖς Κάδμος ὁ Μιλήσιος ἕτερα D γράμματα τρία, θ φ χ. διὸ καὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ τοῖς ιθ' ἐχρῶντο· ὅθεν οἱ ἀρχαῖοι μὴ ἔχοντες τὸ ψ τὴν ψαλίδα παλίδα ἔλεγον, καὶ ἄλλα πολλὰ ῥήματα ἄλλως ἐξεφώνουν καὶ ἔλεγον καὶ ἔγραφον. πρὸς ταῦτα Σιμωνίδης ὁ Χῖος προσέθηκε δύο, η καὶ ω, Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Συρακούσιος τρία, ζ ξ ψ, καὶ οὕτως ἐπληρώθησαν τὰ κδ' στοιχεῖα.

Παρεμβαλόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων σὺν ταῖς ναυσὶ κατὰ τῆς Τροίας οὐ συνεχώρουν οἱ Τρῶες προσορμίσαι. πολέμου δὲ συρ-

19 *Κεῖος?*

hancque loco virginis deae victimam caesam, ipsam incolumem patri redditam atque ab eo confestim sacerdotem in fano Dianae constitutam fuisse. exinde Ulyssem confecisse ut imperium Agamemnoni redderetur. eundem Ulyssem post paulo falsis literis et testibus adversus Palamedem usum hunc proditionis crimine oppressisse, et machinatum ut ab exercitu is lapidibus obrueretur, reliquiaeque in cinerem redactae patri eius Nauplio mitterentur. is est Palamedes, qui ad exercitus reficiendos oblectatione animos tabulam et eius compositionem philosophica admodum industria invenit. sic enim instituit ut tabula esset mundus elementaris, duodecim casus signorum zodiaci numerus, talorum iactus, et quae in talis sunt grana, septem planetarum astra, turris caeli altitudo, ex quo omnibus bona malave tribuuntur. idem sedecim alphabeti literas invenit, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. his tres addidit Cadmus Milesius, θ φ χ. ac multo tempore tantum his novendecim usi sunt elementis; cumque ψ carerent antiqui, pro psalide palidem scripserunt, multaque omnino alia vocabula secus pronuntiaverunt quam scriberent. adiecit his duas Simonides Ceus, η et ω, Epicharmus Syracusanus tres, ζ ξ ψ. atque sic viginti quattuor literarum summa impleta est.

Appellentes ad litus Troiae classem Graecos Troiani conati sunt littore prohibere, pugnaque acri commissa multi utrinque ceciderunt,

ῥαγέντος ἰσχυροῦ, καὶ πολλῶν ἐξ ἑκατέρων ἀνῃρημένων σὺν Πρω-
τεσιλάῳ προμάχῳ Δαναῶν, νυκτὸς ἐπιγενομένης Τρῶες μὲν εἰς P 126
τὴν πόλιν εἰσιόντες ἀσφαλῶς συνεκλείσθησαν, οἱ δὲ τὰ πλοῖα τῇ
παραλίῳ τῆς Τροίας ἀκτῇ κατασφαλισάμενοι ἔμενον τὴν ἕω. περὶ
μέσας δὲ νύκτας Κύκνος τις ὄνομα, συγγενὴς ὢν Πριάμου ἄρχων
δὲ πόλεως Νεάνδρου, μετὰ πολλοῦ πλήθους πολεμικοῦ τολμήσας
ἐπέθετο κατ' αὐτῶν· συμβολῆς δὲ γενομένης αὐτός τε Κύκνος ὑπὸ
Ἀχιλλέως καὶ οἱ πλείους τῶν μετ' αὐτοῦ ἀνῃρέθησαν. ἡμέρας δὲ
γενομένης βουλευ... τὰς κύκλῳ πόλεις Ἰλίου καὶ Τροίας τῷ Πριά-
μῳ συμμαχούσας παρεστήσαντο. καὶ ὁ μὲν τοῦ Τυδέως υἱὸς Διο-
μήδης τὴν τοῦ εἰρημένου Κύκνου πόλιν Νέανδρον καὶ τοὺς υἱοὺς
καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ πᾶσαν προνομεύσας καὶ καταδῃώσας εἰς τὸ B
μέσον ἤγαγε τοῦ στρατοῦ, Ἀχιλλεὺς δὲ κατὰ Λέσβου καὶ τῆς ὑπ'
αὐτὴν χώρας μετὰ τῶν Μυρμιδόνων ἐκστρατεύει, καὶ Φόρβαντα
μὲν τὸν τοπάρχην αὐτῶν συγγενῆ Πριάμου ὄντα ἀναιρεῖ, τὴν αὐ-
τοῦ δὲ θυγατέρα Διομήδην καὶ πᾶσαν τὴν χώραν λαφυραγωγήσας
ἤνεγκεν εἰς τὸν στρατόν. αὖθις δὲ πρὸς τὴν Λυρνησὸν ὁρμήσας
καὶ τὴν πόλιν ἑλών, καὶ Ἠετίωνα τὸν αὐτῆς πολιοῦχον ἀνελών,
καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Ἀστυνόμην τὴν καὶ Χρυσηΐδα, θυγατέρα
Χρύσου ἱερέως Ἀπόλλωνος, ἑλών, καὶ πάντα τὸν πλοῦτον ἐνεγκὼν
εἰς τὸ μέσον τέθεικε τοῦ στρατοῦ. ἐντεῦθεν ἐφορμήσας κατὰ τῆς
λεγομένης Λεγοπόλεως τοῖς παισὶ ..... Βρίσου θυγατέρα Ἱππο-
δάμειαν, γυναῖκα οὖσαν Ἀμύντου βασιλέως ἐκείνης τῆς πόλεως, C
ὃς οὐ παρῆν τότε. μετὰ ταῦτα δὲ Λυκίους καὶ Λυκάονας κατὰ

interque hos Protesilaus Graecorum antesignanus. nocte facta Troiani urbem repetiverunt, eamque accurate clauserunt. Graeci vero subductis in litus Troiae navibus atque stabilitis auroram praestolati sunt. media nocte Cygnus quidam, cognatus Priami ac urbis Neandri dominus, cum magna militum manu adoriri Graecos ausus, commissa pugna ipse ab Achille occisus est, ac plerique qui cum ipso erant interfecti sunt. die orta, consil . . . Troiae et Ilio in orbem circumiacentes urbes, quod Priamo opitularentur, subegerunt. Diomedes Tydei filius Neandrum Cygni urbem, filios eius et universam dicionem depopulatus, praedam in castris in medium contulit. Achilles cum Myrmidonibus in Lesbum et vicinam regionem expeditione facta, Phorbantem eorum locorum dominum, Priami consanguineum, interfecit, filiam eius Diomedam, cum praeda quam ex tota ista regione egerat, in castra adduxit. inde ad Lyrnessum duxit, eamque urbem cepit, et Eetionem eius principem occidit: uxorem eius Astynoman, quae et Chryseis dicitur, filiam Chrysae sacerdotis Apollinis, cum omnibus opibus eius urbis in castra abduxit atque in medium contulit. postea ad Legopolim contendit pueris ..... Brisi filiam Hippodameiam, uxorem Amyntae, qui regnum in ea urbe tenebat. is tunc aberat. ac post adscitis adversus Graecos Lyciorum

τῶν Ἑλλήνων εἰς συμμαχίαν ἐπικαλεσάμενος, ἐπειδὴ ἧκε σὺν ὄχλῳ πολλῷ καὶ θυμῷ βαρεῖ, τῷ Ἀχιλλεῖ συμβαλὼν οὐ μόνον τὴν θυγατέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς καὶ τὴν αὐτοῦ πόλιν οὐδὲν ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πάντες ἔργον πολέμου γεγόνασι. καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῷ στρατῷ ἐμερίσθη, τὴν δὲ Χρυσηΐδα ὁ Ἀγαμέμνων, Ἱπποδάμειαν δὲ τὴν καὶ Βρισηΐδα ὁ Ἀχιλλεὺς λόγῳ ἐκράτησαν παλλακῶν. λοιμώδους δὲ νόσου ἐνσκηψάσης τῷ στρατῷ, τῇ τοῦ Κάλχαντος μαντείᾳ Χρυσηῒς τῷ πατρὶ ἀποδί-
D δοται, Βρισηΐδα δὲ τὴν τοῦ Ἀχιλλέως ἀφαιρεῖται Ἀγαμέμνων ἄχρι καιροῦ. ἐντεῦθεν χολωθεὶς Ἀχιλλεὺς ἀπέσχετο μετὰ τῶν Μυρμιδόνων τοῦ τοῖς Τρωσὶ πολεμεῖν, ἕως ἰσχυροῖς πολέμοις ὕστερον οἱ περὶ τὸν Ἀγαμέμνονα κατανικώμενοι δώροις πολλοῖς καὶ παρακλήσεσιν ἐδυσώπησαν αὐτὸν ἐξελθεῖν μετ᾽ αὐτῶν. Αἴας δὲ ὁ Τελαμώνιος πρὸς τοὺς ἐν Χερρονήσῳ Θρᾷκας γενόμενος ἐπολιόρκει· ὃν Πολυμήστωρ ὁ τούτων βασιλεὺς φοβηθεὶς χρυσὸν ἐδίδου πολύν, καὶ σῖτον τοσοῦτον ὅσον τῷ Ἀχαϊκῷ στρατῷ εἰς ἐνιαυτὸν ἐξαρκέσαι. εἶχε δὲ ἐκεῖ Πολύδωρον τὸν πάντων τῶν Πριάμου υἱῶν μικρότερον, ὃν παρέθετο Πολυμήστορι Πρίαμος
P 127 ἀνατραφῆναι· ἀλλ᾽ αὐτὸς αὐτὸν ἔκδοτον τῷ Αἴαντι δεδωκώς, καὶ ἐγγράφους συνθήκας πεποιηκὼς μηδέποτε ὑπερμαχήσειν Πριάμου, ἀπέστειλεν αὐτόν. ὁ Αἴας δὲ ἐκεῖθεν ὁρμήσας πρὸς Τεύθραντα ἦλθε τοπάρχην· ὃν ἀνελών, καὶ τὴν αὐτοῦ πόλιν ἐκπολιορκήσας καὶ τὴν θυγατέρα Τέκμησσαν αἰχμαλωτίσας ἤγαγε πάντα τὸν πλοῦτον νυκτὸς ἐπὶ τὸν στρατόν. τῇ γοῦν ἑξῆς ἱστῶσι κατέναντι τοῦ τείχους

et Lycaonum auxiliis, magna cum hominum turba gravi ira percitus rediit. ibi cum Achille congressus neque filiae filiisque et urbi suae quicquam profuit, et ipse cum exercitu suo interfectus est. divisa inter milites praeda Chryseidem Agamemnon, Hippodamiam Achilles pellicis loco obtinuit. peste autem exercitum infestante Calchantis vaticinio Chryseis patri redditur, Briseidem Achilli Agamemnon aufert, et aliquamdiu secum tenet. quamobrem Achilles iratus se et Myrmidonas a pugna abstinuit tantisper, donec Agamemnon gravibus cladibus attritus multis eum donis ac deprecationibus permovit ut rursum cum Graecis in aciem exiret. Aiax autem Telamonius Thraces obsidebat, qui in Cherroneso habitant. eum timens rex horum Polymestor auri multum ipsi dedit, tantumque frumenti quantum Achaico exercitui in annum sufficeret. habebat secum Polymestor Priami filiorum aetate minimum Polydorum, sibi a patre educandum traditum. hunc quoque Aiaci tradidit, foedusque scriptum pepigit, nunquam se Priamo opem laturum: itaque Aiacem pacatum dimisit. Aiax inde ad Teuthrantem regulum se contulit, quem et necavit, urbem eius expugnavit, filiamque Tecmessam captivam abduxit, ac noctu omnes opes in castra Graecorum advexit. postri-

τὸν Πολύδωρον, καὶ τῷ Πριάμῳ δηλοῦσι πέμψαι τὴν Ἑλένην καὶ λαβεῖν αὐτόν· καὶ εἰρήνης κυρωθείσης ἀπαίρομεν ἐντεῦθεν. τούτου δὲ μὴ γινομένου, βλεπόντων ἐκ τοῦ τείχους πάντων, τὸν Πολύδωρον ἀνεῖλον ξίφει. Ἰδομενέως τοῦ προμάχου τῶν Ἑλλήνων ὑπογραφεὺς ἦν ὁ Δίκτυς, ἀνὴρ ἀξιόλογος καὶ συνετός, ὃς ἀπὸ τῆς Κρή- B της τοῖς ἐπὶ Ἴλιον ἥκουσι συνεστρατεύετο. οὗτος τὸν τοῦ πολέμου χρόνον πάντα συνὼν τῷ Ἰδομενεῖ τὰ παρακολουθήσαντα πάντα ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους μετὰ ἀληθείας συνέγραψε, καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῶν προμάχων, ὡς πάντας ἑωρακώς, ὑπέγραψε καὶ ἀκριβῶς ὑπεμνημάτισε. τοὺς δὲ χρόνους καὶ τόπους καὶ τρόπους καὶ τὰ ἐκείνου τοῦ πολέμου διασαφῶν, μετὰ ἀκριβείας ἱστοριογραφῶν, καὶ καθ' ἕνα τῶν ἀρχόντων μεθ' ὅσων νηῶν παρεγένετο συνέταξε. τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς Ἰλιάδος ῥαψῳδίᾳ παρ' Ὁμήρῳ δηλοῦται. τοῦ δὲ Ἕκτορος τὰ τῶν Ἑλλήνων στρατόπεδα C συνελαύνοντος καὶ πολλοὺς ἀναιροῦντος ἠναγκάσθησαν πρὸς Ἀχιλλέα διακηρυκεύσασθαι. μόλις οὖν εἴξας Πάτροκλον αὐτοῖς τὸν φίλτατον ἑταῖρον μετὰ τῶν Μυρμιδόνων ἀποστέλλει· καὶ ὃς ἐξελθὼν πολλοὺς μὲν ἀναιρεῖ τῶν βαρβάρων, τοὺς δὲ διώκει, πρὸς αὐταῖς δὲ πύλαις τῆς πόλεως ὑπὸ Ἕκτορος κτείνεται μαχόμενος. τοῦτο μαθὼν Ἀχιλλεύς, καὶ γνοὺς ὅτι βουλή ἐστι τῷ Ἕκτορι νυκτὸς τῇ βασιλίδι Πενθεσιλείᾳ ἀπαντῆσαι, λάθρᾳ προφθάσας ἅμα τῷ ἰδίῳ στρατῷ καὶ ἀποκρύψας ἑαυτὸν τὸν ποταμὸν περῶντα Ἕκτορα κτείνει, οὐ μόνον αὐτὸν ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἑπομένους

die Graeci Polydorum e regione muri constituunt, Priamoque significant ut Helenam reddat filiumque recipiat: eo facto se pace confirmata domum redituros. cum id non consequerentur, omnibus de muro conspicientibus Polydorum gladio trucidant. Idomenei, qui unus de ducibus Graecorum fuit, scriba fuit Dictys, vir praeclarus et prudens, inter eos qui ex Creta ad Ilium belli causa profecti sunt. is toto belli tempore cum Idomeneo fuit, et omnium quaecunque ab initio ad finem usque gesta sunt, veram historiam conscripsit. ductores etiam Graecorum, quos omnes viderat, suis quemque notis expressit accurateque depinxit; tempora quoque, loca circumstantiasque omnes omnium quae illo bello evenerunt, perspicue annotavit, et quot quisque principum naves secum adduxerit; quod ipsum etiam ab Homero est in libro secundo Iliadis expositum. enimvero cum Hector Graecorum copias urgeret multosque interficeret, coacti sunt Graeci Achillis opem missis legatis implorare; isque aegre concedens, Patroclum suum carissimum socium cum Myrmidonibus mittit. Patroclus multis barbarorum deiectis, alios fugientes persequens, ad ipsas urbis portas pugnans ab Hectore interimitur. id ubi Achilles comperit, ac praeterea statuisse Hectorem noctu reginae Penthesileae obviam ire, clam antecapta opportunitate cum suo exercitu in insidiis se abdit, Hectoremque fluvium transeuntem interficit; neque

D αὐτῷ, πλὴν ἑνὸς ὃν χειροκοπήσας ἄγγελον ἔπεμψε Πριάμῳ· αὐτὸς δὲ τὸ σῶμα τοῦ Ἕκτορος δίφρου ἐξηρτηκὼς μηδενὸς τῶν Ἑλλήνων γνόντος εἰς τὴν αὐτοῦ σκηνὴν ἄγει πρὸ ἡμέρας καταικισθέν. ὁ δὲ Πρίαμος τῇ ἑξῆς σχῆμα πένθιμον περιθέμενος, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ ἐσθῆτα πολυτελῆ λαβών, λαβὼν δὲ καὶ τὴν θυγατέρα Πολυξένην εὐειδῆ παρθένον καὶ Ἀνδρομάχην γυναῖκα Ἀστυάνακτά τε καὶ Λαομέδοντα νηπίους αὐτῆς παῖδας, ἧκε τολμήσας εἰς μέσον τῶν ἡγεμόνων τῶν Ἑλλήνων, καὶ πάντας ἱκέτευε προκυλινδούμενος ἱκέτας σὺν αὐτῷ πρὸς Ἀχιλλέα γενέσθαι τοῦ ἀπολυτρώσασθαι τὸ σῶμα τοῦ Ἕκτορος. καί γε ᾠκτείρησαν ἐκ-
P 128 πλαγέντες τὴν τόλμαν τοῦ γέροντος Νέστωρ καὶ Ἰδομενεύς· οἳ καὶ προεισελθόντες Πριάμου εἰς τὴν σκηνὴν ἐδυσώπησαν καὶ Πρίαμον εἰσελθεῖν. ὃς κόνιν κατὰ κεφαλῆς ἔχων ἅμα Ἀνδρομάχῃ καὶ τοῖς παισίν, ἐπὶ πρόσωπον πεσόντες εἰς τοὔδαφος, μεγάλαις κατεβόων οἰκτειρηθῆναι φωναῖς. Πολυξένη δὲ τοῖς Ἀχιλλέως περιπλακεῖσα ποσὶ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Ἕκτορος διωλύγιον ἱκέτευε κεκραγυῖα, μένειν τε σὺν αὐτῷ καὶ δουλεύειν ἐπαγγελλομένη, εἰ ἀποδῷ τὸν νεκρόν. οἱ δὲ περὶ τὸν Νέστορα, οἰκτεῖραι τὸ γῆρας ἠξίουν καὶ ἐλεεῖν. καὶ πολλῶν ἐξ ἀμφοτέρων κινηθέντων λόγων ὅμως ἐπένευσε λύτρα λαβεῖν καὶ τὸν νεκρὸν τοῖς ἰδίοις παραχωρεῖν. τὸν
B χρυσὸν οὖν καὶ τὸν ἄργυρον καὶ τοῦ ἱματισμοῦ μέρος λαβὼν τἄλλα χαρίζεται τῇ Πολυξένῃ. Πρίαμος δὲ καὶ αὐτὴν παρ' αὐτῷ κατελιπάρει λιπεῖν· ὁ δὲ εἰς ἄλλον τοῦτο δρᾶν ὑπέσχετο καιρόν. ὁ δὲ

ipsum modo, sed et omnes qui ei aderant, uno dempto, quem praecisis manibus Priamo cladis nuntium mittit. ipse corpus Hectoris currui appensum raptatumque ante lucem in suum tentorium, nemine Graecorum sciente, perfert. postridie Priamus habitu lugubri sumpto, secum ferens aurum argentum ac pretiosas vestes, ducens etiam secum filiam Polyxenam, formosam virginem, et Andromacham Hectoris uxorem, parvulosque eius filiolos Astyanactem et Laomedontem, ausus est inter medios Graecorum principes se ingerere, eosque supplex orare uti pro se apud Achillem deprecatores fierent, ut is Hectoris corpus redimendum daret. miserti sunt senis, cum stupore admirati audaciam, Nestor et Idomeneus; ac priores ipsi in Achillis ingressi tentorium obtinuerunt ut Priamum admitteret. Priamus capite pulvere consperso, unaque Andromacha cum liberis, proni in terram procubuerunt misericordiamque magna vociferatione flagitaverunt. at Polyxena Achillis pedes amplexa pro fratre suo Hectore alta voce prolixe deprecata est, pollicens se Achillis, si is cadaver Hectoris redderet, servam remansuram in castris. Nestor misereri senectutis hortabatur. multis ultro citroque commutatis verbis, tandem Achilles pretio redemptionis accepto se cadaver suis redditurum annuit. accepit autem aurum argentum et vestium partem: reliqua Polyxenae donavit. Priamo urgente ut Achilles hanc secum manere pateretur, Achilles in praesens eam retinere noluit, alio se recepturum eam tem-

γε Πρίαμος καὶ τὸν νεκρὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας ἐπανήει λαχών, ὃν ἀποχρώντως πενθήσαντες καὶ ὡς θέμις τεφρώσαντες ἔξω τοῦ τείχους καταθάπτουσιν. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα περὶ τὸν Ἕκτορα διῳκονόμηται, καὶ ἰδοὺ ἡ Ἀμαζὼν Πενθεσίλεια ἐκ Χερρονήσου τῆς ἀντιπέρας πλήθη γενναίων ἀνδρῶν καὶ Ἀμαζονίδων ἧκεν ἐπαγομένη. γνοῦσα δὲ τὰ κατὰ τὸν Ἕκτορα ὑποστρέφειν ἐπειρᾶτο. Πάρις δὲ ταύτην πολλῷ χρυσῷ μεῖναι πείθει. ἣ μετ' ὀλίγας ἡμέρας ὁπλισαμένη ἐπὶ τὸ πολεμικὸν δάπεδον εἰσῄει. διχῇ δὲ τὸν αὐτῆς διελοῦσα στρατόν, καὶ ἐν δεξιᾷ μὲν αὐτῆς τοὺς τοξότας, C τῷ λαιῷ δὲ μέρει τοὺς ὁπλίτας πεζούς, πλείους τῶν ἱππέων ὄντας, ἐκτάξασα ἡ Πενθεσίλεια μέσον τῶν ἱππέων ἦν ἐν τῷ σίγνῳ· καὶ πολέμου λοιπὸν κροτηθέντος ἄλλοι μὲν ἄλλους ἀπεκτίννυον, Ἀχιλλεὺς δὲ τὴν Πενθεσίλειαν δόρατι πικρῶς μαχομένην κρούσας τοῦ ἵππου καταβάλλει· ἣν τῆς κόμης ἑλκύσαντες τῷ Σκαμάνδρῳ ἐναπέπνιξαν ποταμῷ. τοὺς πολίτας δ' αὖ ἔτρεψαν οἱ Αἴαντες· καὶ εἰσελθόντες ἔκλεισαν τὰς πύλας. οἱ λοιποὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων τοὺς περιλειφθέντας περὶ τὸ τεῖχος ἀπεκτίννυσαν ἐπιδιώκοντες· τῶν Ἀμαζόνων δὲ ἀποσχόμενοι, μετὰ τὸν πόλεμον ὁ στρατὸς ταύτας δεσμεύσας ἐμερίσατο. μετὰ ταῦτα Ἰνδοὶ πολλοὶ ἔφιπποι καὶ πεζοὶ D καὶ Φοίνικες μαχιμώτατοι μετὰ τῶν βασιλέων αὐτῶν ἐν ναυτικῷ στόλῳ παρεγένοντο, ὑπὸ Πριάμου προσκληθέντες εἰς συμμαχίαν. καὶ τοσοῦτοι τὰ πλήθη ἦσαν ὡς μήτε τὸ Ἴλιον μήθ' ὅλον τὸ δάπεδον αὐτοὺς χωρεῖν. πάντες δὲ ὑπὸ Μέμνονος τοῦ τῶν Ἰνδῶν βασιλέως, ὡς δυνατωτάτου καὶ πολεμικωτάτου, οἵ τε Πριαμίδαι καὶ

pore promittens. ita Priamus cum cadavere et suis omnibus rediit domum; Hectorque ploratus abunde, et uti assolet crematus, extra urbem est sepultus. dum haec de Hectore fiunt, interim Amazon Penthesilea ex opposita Chersoneso copias virorum ac Amazonidum ducens advenit. quam cognita Hectoris morte retrocedere conantem Paris magna vi auri donatam detinuit. ea post paucos dies in campum praeliis destinatum copias deduxit, iisque in duas partes divisis a dextro latere sagittarios constituit, in laevo gravis armaturae milites, plures pedites quam equites: ipsa ad signum in medio equitum constitit. commissa pugna aliisque alios caedentibus, Achilles Penthesileam acriter praeliantem hasta equo detrusit; quam crinibus in Scamandrum protractam suffocaverunt. oppidanos Aiaces loco pepulerunt, ita ut in urbem fuga facta portas obiecerint. reliquos Graeci iuxta muros persecuti interfecerunt. Amazonibus autem abstinentes secundum pugnam eas vinculis iniectis diviserunt. his actis multi Indi, equites ac pedites, et Phoenices bellicosissimi, cum regibus suis classe appulerunt, a Priamo ad ferendas suppetias exciti. tanta autem erat multitudo, ut eos neque Ilium neque omnino campus universos caperet. in quem universi una cum Troianis, Memnone Indorum rege, quod is potentissimus erat atque bellicosissimus, ducente ex-

Τρῶες, καὶ πᾶς ὁ στρατὸς ὑπ' αὐτοῦ διαταττόμενος ἐφ' ἅρματος λαμπρῶς ὀχουμένου εἰς τὸ δάπεδον ἐξῄεσαν. ἐξέστησαν δὲ Ἕλληνες, ξίφη καὶ ὅπλα φοβερὰ καὶ σφενδόνας καὶ ἀσπίδας τετραγώνους καὶ Αἰθίοπας πολλοὺς κατ' αὐτῶν ὁρῶντες ὁρμῶντας φοβε-
P 129 ροὺς καὶ φρικτούς. καὶ οἱ Τρῶες δὲ σὺν βοῇ πολλῇ καὶ ἅλμασιν ἐπιτιθέμενοι πλείστους ἀνῄρουν καὶ αὐτοὶ τῶν Ἀχαιῶν. οἱ ἡγεμόνες δὲ τὴν βίαν τοῦ πλήθους οὐ φέροντες ὑπεχώρουν πρὸς τὰς ναῦς, ἃς καὶ αὐτὰς οἱ βάρβαροι κατέκαυσαν ἄν, εἰ μὴ νὺξ ἐπιοῦσα τὴν αὐτῶν κατέσχεν ὁρμήν. ἐπιγενομένης οὖν τῆς νυκτὸς τὰ τῶν ἀνῃρημένων τεφρώσαντες σώματα καὶ τῶν τραυματιῶν ἐπιμελησάμενοι, ὡς εἰκός, οἱ ἄριστοι τῶν Ἀχαιῶν ἐβουλεύσαντο τίς ἂν τολμήσῃ κατὰ τοῦ Μέμνονος βαλεῖν, τῶν ἄλλων περὶ ἄλλους ἀσχολουμένων. κληροῦται τοίνυν Αἴας ὁ Τελαμώνιος. καὶ πρὶν ἥλιον ἀνελθεῖν ὁπλισάμενοι ἐξῄεσαν, Ἕλληνες μὲν πρῶτοι, εὐθὺς δὲ καὶ ὁ Μέμνων καὶ πάντες οἱ ὑπ' αὐτὸν στρατιῶται. ἄλ-
B λοι μὲν οὖν πρὸς ἄλλους, ὁ Αἴας δὲ Ἀχιλλέως αὐτοῦ ἐκ τῶν ὄπισθεν συνεπισχύοντος κατὰ τοῦ Μέμνονος ὁρμᾷ. Μέμνων δὲ τοῦ ἅρματος καταβὰς τῷ δόρατι ἐπείραζεν Αἴαντα. Αἴας δὲ πρῶτος τὴν αὐτοῦ ἀναστρέψας ἀσπίδα ἐπέθετο βαρέως αὐτῷ· πάντων δὲ τῶν σὺν αὐτῷ Ἰνδῶν προσεχόντων τῷ Αἴαντι, τὸ δόρυ βαλὼν εἰς τὸν Μέμνονος τράχηλον γυμνωθέντα κτείνει τοῦτον ὑπὲρ ἐλπίδα πᾶσαν ὁ Ἀχιλλεύς. κἀντεῦθεν βαρβάρων μὲν κατὰ κράτος φυγὴ καὶ φόνος καὶ οἰμωγή, Ἑλλήνων δὲ ἀλαλαγμὸς καὶ νίκη ἀναμφήριστος καὶ λαμπρά, ὅτε καὶ Πολυδάμας ὁ τῶν Φοινίκων ἀλκιμώ-

ierunt. ipse Memnon splendide curru invehebatur. obstupuerunt Graeci, gladios armaque cernentes terribilia, fundasque et quadrata scuta, multosque Aethiopes horrendos homines irruentes. sed et Troiani magno cum clamore et saltu impetum dantes plurimos de Graecis interficiebant. itaque horum duces multitudinis violentiam non sustinentes ad naves recesserunt; quae et ipsae tum fuissent a barbaris crematae, nisi nox superveniens eorum conatum inhibuisset. orta nocte Graeci cadavera suorum qui in praelio ceciderant, combusserunt, sauciosque diligenter curaverunt. ibi cum primores Graecorum consultarent quisnam, aliis circa alios occupatis, cum Memnone manum conserere auderet, id muneris Aiaci Telamonis F. sorte obtigit. ante solis ortum armati ad pugnam exiverunt Graeci primum, mox etiam Memnon cum universo exercitu. ibi cum alii alios aggrederentur, Aiax Achille a tergo ipsum confirmante Memnonem adoritur. Memnon curru degressus hasta Aiacem tentavit. sed Aiax primus eum, scuto ipsius deturbato, graviter ursit; cumque omnes Indi in Aiacem essent intenti, Achilles cervicem Memnonis nudatam hasta traiecit, eumque praeter omnium spem occidit. inde effusa barbarorum fuga, caedes atque eiulatus, Graecorum contra exsultatio certaque et illustris victoria. tunc etiam Polydamas fortissimus

τατος βασιλεὺς τῷ Αἴαντος δόρατι τὸν βουβῶνα κεντηθεὶς πίπτει. Αἰθιόπων τε καὶ βαρβάρων ἀμύθητος ἑσμὸς ἐκεῖ θνήσκει, ὡς C πλησθῆναι τὸ δάπεδον νεκρῶν, ὑπὸ τῶν ἱππέων δεινῶς τῶν πεζῶν συμπατουμένων καὶ ἀναιρουμένων. μετὰ ταῦτα τοὺς Τρῶας Ἀχιλλέως εἰς πόλεμον προσκαλουμένου, ἄρχοντες ἐξῆλθον ὁ Πάρις καὶ Δηΐφοβος υἱοὶ Πριάμου, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τούτου Τρωΐλος καὶ Λυκάων, σὺν τῷ λοιπῷ παντὶ τῶν Τρώων στρατῷ· οὓς Ἀχιλλεὺς μετὰ τῶν συνασπιζομένων αὐτῷ Ἀχαιῶν καταδιώξας τοὺς μὲν ζῶντας εἷλε, τοὺς δὲ εἰς τὸν Σκάμανδρον ποταμὸν ἐναπέπνιξε, Τρωΐλον δὲ καὶ Λυκάονα ἀνεῖλε. μετὰ ταῦτα ἀνέστη ἡ τῶν ἀναθημάτων ἑορτή, ἀνοχὴν φέρουσα πολέμου, ὅτε δὴ πάντων ἐν εἰρήνῃ θυόντων τῷ Θυμβραίῳ Ἀπόλλωνι, Δαναῶν καὶ Τρώων, ἐν τῷ ἀπὸ D μικροῦ τῆς πόλεως ἄλσει, ἐξελθούσης Πολυξένης μετὰ τῆς μητρὸς Ἑκάβης εἰς τὸ ἱερὸν ὁ Ἀχιλλεὺς ταύτην ἐθαύμασεν ἰδών. ἑωρακὼς δὲ ὁ Πρίαμος τὸν Ἀχιλλέα, πέμπει τὸν Ἰδαῖον πρὸς αὐτὸν ἐν ἄλσει φέροντα λόγους περὶ Πολυξένης. τοῦτον ἰδιαζόντως ὁμιλοῦντα τῷ Ἀχιλλεῖ τῶν Ἑλλήνων οἱ ἄριστοι ἰδόντες, καὶ θορυβηθέντες, Αἴαντα καὶ Διομήδην καὶ Ὀδυσσέα πέμπουσι, μὴ ἐπιδιδόναι παρεγγυῶντες τοῖς βαρβάροις, μηδὲ πιστεύειν ἑαυτὸν τοῖς ἐχθροῖς. καὶ αὐτοὶ ἔμενον ἔξω τοῦ ἄλσους, ἐκδεχόμενοι τὸν Ἀχιλλέα, ὥστε κατ' ἰδίαν παραγγεῖλαι αὐτῷ. ὁ δ' ἦν ὑποσχόμενος τῷ Ἰδαίῳ πρὸς γάμον τὴν Πολυξένην λαβεῖν· διὸ καὶ προσέμενεν ἐν τῷ ἄλσει ἀναπατῶν. P 130 μετὰ βραχὺ δὲ ὁ Πάρις καὶ ὁ Δηΐφοβος ἧκον, παρακαλοῦντες αὐτὸν δῆθεν περὶ τοῦ γάμου. ὁ δὲ

Phoenicum rex inguen hasta Aiacis confossus occidit. Aethiopum vero et barbarorum ineffabilis periit multitudo, ita ut campum cadavera oppleverint, cum pedites ab equitibus mirum in modum obtererentur atque necarentur. secundum haec Troiani, Achille eos ad pugnam provocante, omnem exercitum in aciem eduxerunt ducibus Paride ac Deiphobo et horum fratribus Troilo atque Lycaone. quos Achilles cum auxiliari Achaeorum manu persecutus partim vivos cepit, alios in Scamandrum fluvium compulsos submersit, interfectis Troilo et Lycaone. his gestis donariorum feriae appetierunt indutiasque attulerunt. ibi cum, ut in pace, universi et Danai et Troes Apollini Thymbraeo rem sacram facerent in luco qui urbe haud procul aberat, Achilles Polyxenam cum matre Hecuba in templum egressam conspicatus formae eius admiratione est percitus. Priamus Achille observato Idaeum mittit, qui in luco cum eo de Polyxena colloqueretur. at Graecorum principes hunc solum cum Achille verba commutare cernentes conturbari; missisque Aiace Diomede et Ulysse, hortari ne quid barbaris concederet neve hostibus sese crederet; ipsi extra lucum praestolari, ut egressum seorsim monerent. at vero Achilles ducturum se Polyxenam uxorem promiserat Idaeo, eiusque rei causa in luco obambulans exspectabat. paulo post Paris ac Deiphobus adfuerunt, qui eum iam ad confirmandum coniugium vocarent. Achil-

φαῦλον μηδὲν ὑπονοῶν, ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἑστὼς ἱερῷ κατεδέξατο αὐτούς. καὶ ὁ μὲν Πάρις ὅρκῳ τὰ μεταξὺ ἀμφοτέρων λεγόμενα βεβαιῶν παρὰ τὸν βωμὸν ἵστατο, περιπλεκομένου δὲ Δηϊφόβου τὸν Ἀχιλλέα καὶ καταφιλοῦντος ἐβάπτισεν ὃ ἐπεφέρετο ξίφος κατὰ τῶν αὐτοῦ σπλάγχνων· καὶ ἔτι κρατοῦντος αὐτοῦ δευτέραν εὐθὺς ὁ Πάρις ἐπάγει κατ' αὐτοῦ πληγήν. καὶ ὃς ἔκλυτος γεγονὼς πίπτει. ἐκεῖνοι δὲ ἀνυπόπτως δι' ἄλλης τοῦ ἄλσους ἐξελθόν-
B τες, ὡς μικρὸν ἀπεῖχον, δρόμῳ πολλῷ χρησάμενοι εἰσῆλθον εἰς τὴν πόλιν. οἱ περὶ τὸν Ὀδυσσέα δὲ ἰδόντες αὐτοὺς τρέχοντας, εἰσδραμόντες εὑρίσκουσι τὸν Ἀχιλλέα ᾑμαγμένον κείμενον παρὰ τὸν βωμόν. πρὸς ὃν ὁ Αἴας "ἆρ' ἦν ἄνθρωπος δυνάμενος κτεῖναί σε; ἀλλ' ἡ σὴ προπέτεια μόνη σε ἀπώλεσε." πρὸς ὃν ὁ Ἀχιλλεὺς ἔσχατα πνέων "δόλῳ εἰργάσαντό με" φησί "Πάρις καὶ Δηΐφοβος διὰ Πολυξένην." ὀξύτατα οὖν ἐπ' ὤμων ἁρπάσαντες τὸ σῶμα καὶ ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἀγαγόντες καὶ τεφρώσαντες θάπτουσι γῇ. μετὰ τὸν θάνατον Ἀχιλλέως πολέμου γενομένου, καὶ πολλῶν ἐξ ἑκατέρων πεσόντων, εἰς μονομαχίαν ὁ Φιλοκτήτης καὶ ὁ
C Πάρις ἔρχονται. καὶ πρῶτος λαχὼν ὁ Πάρις βάλλει κατὰ Φιλοκτήτου, ἀστοχεῖ δέ. ὁ δὲ ἀντιτοξεύσας τὴν ἀριστερὰν χεῖρα Πάριδος διαπείρει, καὶ δευτερώσας τὸν δεξιὸν αὐτοῦ ἐπήρωσεν ὀφθαλμόν, καὶ τρίτον βαλὼν ἐπὶ τοὺς πόδας καὶ τὰ σφυρὰ ῥίπτει Πάριν εἰς γῆν. ὃν ἁρπάσαντες ἡμιθανῆ εἰς τὴν Ἴλιον εἰσῆλθον. καὶ αὐτὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἑλένης υἱοὺς τρεῖς, Βούνυμον Κορυθαῖον

les nihil sinistri suspicans, in templo Apollinis stans, eos admisit. ibi Paris altari assistens iureiurando ea quae erant utrinque dicta sanxit. Deiphobo autem Achillem amplexo et deosculante, ensem quem gestabat in Achillis intestina defixit; statimque, adhuc eum Deiphobo tenente, Paris alterum ictum intulit. Achilles viribus deficientibus concidit. illi citra suspicionem rei alia via ex luco egressi, cum paululum inde processissent, citato cursu in urbem se proripuerunt. Ulysses cum sociis currere eos cernentes in templum accurrunt, ibique pone aram iacentem Achillem cruore foedatum reperiunt. cui Aiax "profecto nemo hominum te poterat interficere, sed tua temeritas te sola perdidit." respondit Achilles haec, extremum spiritum iam ducens: "dolo me Paris et Deiphobus Polyxenae causa necaverunt." proinde corpus Achillis ii celerrime rapuerunt, et humeris suis impositum in castra pertulerunt, crematumque humarunt. post mortem Achillis pugna conserta multisque utrinque deiectis singulari certamine Philoctetes et Paris congrediuntur. prior sorte Paris Philoctetem sagitta petens aberrat a scopo. Philocteta vicissim primum laevam Paridis manum sagitta traiicit, secundo dextrum eius oculum eruit, tertio talos et pedes impetens eum solo prosternit. qui semianimis a suis abreptus et Ilium perlatus est; ubi tres, quos ei Helena pepererat, filios, Bunymum Corythaeum et Idaeum, parvulos etiam-

καὶ Ἰδαῖον, μικροὺς αὐτῷ παραστάντας ἰδὼν ἄφωνος ἔμεινε, καὶ διὰ μέσης ἐξέπνει νυκτός. ἡ δὲ προτέρα αὐτοῦ γυνὴ Οἰνώνη ἑαυτῇ ἀπεχρήσατο ἀγχόνῃ. Ἑλένην δὲ γυναῖκα Δηΐφοβος ἠγάγετο παραυτά, ὃν ὁ Μενέλαος ὕστερον ἠκρωτηρίασε δι᾽ αὐτήν.

Ὅτι τὸ Παλλάδιον λεγόμενον ξύλινον ὑπῆρχεν εἴδωλον τῆς Παλλάδος. τοῦτο ἔλεγον τετελεσμένον εἶναι ἀρρήτοις τισὶ καὶ D δαιμονιώδεσι τελεστηρίοις, ἤτοι μυσαροῖς μυστηρίοις ἐστοιχειωμένον, νικηφόρον, ὅ φασι, καὶ ἀνάλωτον διατηροῦν τὴν πόλιν ἐν ᾗ ἀπόκειται. τοῦτο τὸ ζώδιον τὴν πόλιν Ἴλιον μέλλοντι κτίζειν Τρωῒ τῷ τῶν Τρώων βασιλεῖ φιλόσοφός τις καὶ ἀρρήτων γοητειῶν τελεστής, Ἄσιος ὄνομα, φέρων ἐχαρίσατο· ᾧ ἀντιχαριζόμενος ὁ Τρὼς τὴν ὑπ᾽ αὐτὸν χώραν πᾶσαν, Ἐπίρροπον πρῶτον καλουμένην, εἰς τὸ ἐκείνου ὄνομα Ἀσίαν ἐπωνόμασε. τοῦτο οὖν τὸ βρέτας, ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες ὡς οὐκ ἂν δύναιντο τὴν πόλιν ἑλεῖν ἕως ἂν ἐν αὐτῇ ἀποκείμενον ᾖ, κλέψαι ἴσχυσαν, Ὀδυσσέως P 131 καὶ Διομήδους κρυφῇ εἰσελθόντων καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Παλλάδος ἐν ἡμέραις τῶν ἑορτῶν παραμενόντων· καὶ γνώμῃ τοῦ Ἀντήνορος ἐξάρχου τῶν Τρώων ὄντος, διὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Θεανοῦς ἱερείας τῆς Ἀθηνᾶς οὔσης, τοῦτο νυκτὸς ἀφελόμενοι ἐξῆλθον, ὅτε καὶ τὰ συμβάντα τοῖς Τρωσὶ κατ᾽ ἐκείνην τὴν νύκτα ἐλεεινὰ σύμβολα καὶ ἀπαίσια κατεθεῶντο καὶ πρωῒ ἐξελθόντες τοῖς Ἕλλησιν ἀπήγγειλον. φασὶ γὰρ ὅτι τῶν Τρώων ἐπὶ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος θυσιάζειν ἀγωνιζομένων τὰ ξύλα μὲν καὶ τὰ κρέα καθὸ

---

num sibi adstare videns, interclusa voce, sub mediam noctem exspiravit. tum Oenone, quae prius uxor Paridis fuerat, se ipsam strangulavit. Deiphobus statim Helenam uxorem duxit; quem postmodo Menelaus propterea auribus et naso manibusque truncavit.

Palladium ligneа fuit Minervae, quae eadem Pallas dicitur, imago. aiunt id nefandis quibusdam daemonum consecrationibus arcanisque ritibus dedicatum ea vi fuisse, ut urbem in qua esset inexpugnabilem conservaret. id signum Troi Troianorum regi Ilium condituro philosophus quidam et innominatarum praestigiarum sacerdos, Asius nomine, dono attulit; in cuius gratiam Tros universam suam regionem hactenus Epirrhopon appellatam ab ipso Asiam denominavit. Graeci cum Ilium capi non posse, quamdiu simulacrum id ea esset in urbe, inaudivissent, furto id abstulerunt, Ulyssis et Diomedis opera. hi clam ingressi urbem, et in fano Minervae per ferias commorati, consilio Antenoris Troianorum principis, adiuvante huius uxore Theanone, quae sacerdos erat Minervae, noctu sublatum simulacrum secum in castra attulerunt. ea nocte Troianis miserabilia portenta et abominanda apparuerunt, quae mane egressi Graecis narraverunt. ferunt enim, cum Troiani rem Apollini sacram facere instituissent eiusque altari ligna et carnes rite imposuis-

θέμις ἐπετίθετο, πῦρ δὲ τοῖς ξύλοις ἐπιβαλλόμενον οὐχ ἧπτεν, ἐσβέννυτο δέ. πολλάκις δὲ τοῦ πυρὸς ἐνεχθέντος καὶ μὴ καιομέ-
B νου, πίπτει τὰ ἐν τῷ βωμῷ πάντα εἰς τοὔδαφος. οἱ Τρῶες δὲ οὐκ ἀγαθὸν αὐτοῖς εἶναι οἰωνὸν ταῦτα τεκμηράμενοι, ὅ τε Πρίαμος καὶ οἱ λοιποὶ τὸν Ἀντήνορα πρεσβεῦσαι πρὸς Δαναοὺς ἀποστέλλουσιν, ὥστε λύτρα λαβόντας ὅσα ἂν ἐθέλωσι λῦσαι τὸν πόλεμον. καὶ ὁ Ἀντήνωρ πρεσβεύων ἔφη πρὸς Ἀχαιοὺς "πάντα ἐπάθομεν ὅσα τοὺς ἡμαρτηκότας παθεῖν ἐχρῆν. ἀνθ' ὧν Μενέλαον ὁ Πάρις ἠδίκησε, δίκας ἔδωκεν· ἀνθ' ὧν τὸ Ἴλιον, μαρτυροῦσιν οἱ τάφοι τῶν ἀνῃρημένων. νῦν οὖν οἱ περιλειφθέντες ἡμεῖς λύτρα φέρομεν ὑμῖν. ὑπὲρ θεῶν, ὑπὲρ πατρίδος, ὑπὲρ τέκνων, Ἕλληνες ὄντες, τοὺς πρὶν ἀπειθεῖς, νῦν ἱκέτας σώσατε." ἐπὶ
C τούτοις πεισθέντες οἱ Ἕλληνες Ὀδυσσέα καὶ Διομήδην ἀποστέλλουσι τὴν τῶν χρημάτων ποσότητα τυπῶσαι. καί γε ἐτύπωσαν χρυσίου τάλαντα δισχίλια καὶ ἀργύρου τάλαντα δισχίλια, καὶ τὰ δόξαντα πάντα κομισάμενοι καὶ ἀφορμηθέντες τῆς πόλεως ὑπέστρεψαν εἰς τὸν στρατόν. μετὰ ταῦτα θυσιαζόντων τῶν Ἑλλήνων καὶ ἀποπλεῦσαι βουλομένων, πάντας ἐνώρκωσεν Ὀδυσσεὺς ἐν ταῖς θυσίαις μὴ ἀποπλεῦσαι τῆς Ἰλίου πρὶν ἢ τὸν δούρειον ἵππον κατασκευασθῆναι. ἔνθεν τοι καὶ ξύλοις τοῖς ἁρμοδιωτάτοις συμπήξαντες καὶ εὐφυῶς κατακοσμήσαντες, καὶ ταῖς Ἐπειοῦ τεχνουργίαις θαυμαστὸν αὐτὸν ὑπερφυῶς κατασκευασάμενοι πάσαις μηχανορραφίαις, ὥστε καὶ στρατὸν εἰκοσιτεσσάρων ὁπλιτῶν ἔνδον κρύ-

sent, ignem lignis iniectum non arsisse sed exstinctum fuisse, ac saepius repetitum ignem non arsisse; et quicquid arae impositum fuerat, in terram decidisse. Troes cum adversum sibi aliquid hoc ostento denuntiari iudicarent, Priamus ac reliqui Antenorem legatum ad Graecos mittunt, rogatum ut ii pacem ipsis, pretio suo arbitrio constituto, redimendam darent. Antenor legatus ad Graecos huiusmodi orationem habuit. "quicquid poenarum dare nos ob nostra flagitia debuimus, dedimus. Paris, quod ob iniuriam Menelao factam luendum fuit, pependit. etiam Ilium: eius rei documento sunt sepulcra caesorum. nos itaque reliqui pretium vobis afferimus, quo nos redimamus. vos per deos, per patriam, per liberos obtestamur, Graeci cum sitis, supplices nunc vestros, quondam contumaces, misereminі." his moti Graeci Ulyssem et Diomedem mittunt, qui argenti pondus signarent. signaveruntque ii talenta auri bis mille totidemque argenti. cumque omnia pro suo arbitrio abstulissent, ex urbe in castra reversi sunt. post haec sacrificantibus Graecis et discessum parantibus, Ulysses universos inter sacra iureiurando adstrinxit non ante discessuros ab Ilio quam equus ligneus, qui ob id et Dureius vocatur, absolutus esset. hunc Graeci, Epei artificio, lignis concinnissime compactis, insigni ornatu admirabilique opere construxerunt, ita ut intus 24 militibus gravis armaturae abditis, rotulis impositus tra-

πτοντα ἀβίαστα διὰ τροχιλίσκων ἑλκόμενον τῆς φορβειᾶς ἀκολου- D
θεῖν, καὶ τοῦτον οὕτω τεκτηνάμενοι, τὰς σκηνάς τε κατακαύσαν-
τες καὶ ἀποπλεύσαντες καὶ εἰς Τένεδον ὑποθήκαις Ὀδυσσέως ἀπο-
κρυβέντες τὴν νῆσον, ἕνα τινὰ γενναῖον ἄνδρα καταικισάμενοι, καὶ
μετρίως αὐτὸν ἀκρωτηριάσαντες ἐθέλοντα καὶ χαίροντα τῷ ἐπαίνῳ
καὶ τῷ μισθῷ, προδότην ἀφιᾶσιν αὐτόν· ὃς διαπυνθανομένοις
τοῖς βαρβάροις τί ἂν εἴη τὸ προκείμενον ἔργον τουτὶ καὶ πρὸς τί
φέροιτο, ἀπεκρίνατο λέγων "τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἀνατιθέασι
Δαναοὶ τοῦτο, ὁμοῦ μὲν ἀπολογίαν ὑπὲρ ὧν εἰς τὴν πόλιν αὐτῆς
ἠδίκησαν, ὁμοῦ δὲ καὶ δῶρον τοῦτο ὑπὲρ τῆς εἰς τὰς ἑαυτῶν πα- P 132
τρίδας σωτηρίας καὶ εἰς μνήμην αὐτῶν ἀφιεροῦν κεκρίκασι δεῖν."
οἱ τοίνυν Τρῶες πειθήνιοι τούτοις γενόμενοι, λαβόντες σὺν εὐθυ-
μίᾳ καὶ χαρμονῇ τὸν δούρειον ἵππον, μᾶλλον δὲ τὸν ἴδιον ὄλεθρον,
καὶ καλωδίοις ἀνέλκοντες καὶ εὐάζοντες, τὸ τῆς πύλης ὑπέρθυρον
ἔραντες τοῖς τοῦ θεοῦ αὐτῶν ἀδύτοις μετὰ τῶν ἐχθρῶν εἰσήγαγον.
ἐν δὲ τῷ μεσονυκτίῳ οἱ ἐν τῷ ἵππῳ λοχῶντες ἐπὶ σχολῆς ἐκπεπη-
δηκότες, αὐτόν τε τὸν Πρίαμον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ ἀνελόντες,
τόν τε Δηΐφοβον ἀκρωτηριάσαντες, τὸ πλῆθος δὲ τῶν ἀνδρῶν
ἀποκτείναντες, πυρσοῖς μάλα λαμπροῖς καὶ συχνοῖς τοῖς ἐκ τοῦ
τείχους τὸν τῶν Δαναῶν στόλον πρὸς ἑαυτοὺς ἐπέστρεψαν. ἡμέ-
ρας δὲ ἤδη διαγελώσης καὶ αὐτοὶ παραστάντες τοὺς ὑπολειφθέντας B
πάντας ἀπέκτειναν· τὰς δὲ γυναῖκας αἰχμαλώτους καὶ τὴν Ἑκάβην
καὶ τὰ κτήνη λαβόντες, τά τε σκεύη καὶ εἴδη καταμερισάμενοι,

hentes capistrum facile sequeretur. eo absoluto tabernacula sua combusserunt, et in Tenedum insulam navigantes ibi sese occultaverunt Ulyssis consilio, uno tantummodo relicto proditore, homine generosi animi, qui laude et praemio inductus ad hoc sese vulneribus foedandum et extremis partibus leviter mutilandum ultro praebuerat. is barbaris interrogantibus quidnam sibi ista equi machina vellet, respondit Graecos eam temple Minervae consecrare atque dedicare, cum ad expiandas quas eius urbi intulissent iniurias, tum ut esset donum pro reditu ipsorum in patriam ipsorumque monimentum. Troes ergo his fidem habentes cum gaudio et laetitia Dureium equum (imo autem suam ipsorum perniciem) funibus alligatum in urbem traxerunt, paeanem accinentes; portaeque superiore limine amoto, eum ut erat hostibus refertus, in penetrale deae introduxerunt. media nocte ii qui in equo per insidias abditi latebant, capto tempore desilientes, Priamum eiusque filios occidunt, Deiphobum extremis corporis partibus truncant; ac multitudine hostium trucidata, crebris ac fulgentibus ignibus de muro editis, classi Graecae ad ipsos revertendi signum exhibent. ut primum illuxit, ceteri etiam adfuerunt. ibi Troianis, quotquot supererant, omnibus interfectis, uxores eorum atque ipsam quoque Hecubam captivam abduxerunt, nec non et pecus omne,

τήν τε Ἑλένην τῷ Μενελάῳ ἀποδόντες καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν ἐμπρήσαντες καὶ καταστρεψάμενοι ἐπαλινόστουν.

Μετὰ τὸ ἁλῶναι τὸ Ἴλιον Αἴας ὁ Τελαμώνιος καὶ Ὀδυσσεὺς τοῦ ζωδίου Παλλάδος ἑκάτερος ἀντεποιοῦντο, ὡς αὐτῷ διαφέροντος καὶ τῇ ἰδίᾳ πόλει ἕξειν αὐτὸ φυλακτήριον, ὡς πάντων ἐπίπροσθεν ἀγωνιζόμενον. πολλὰ δὲ στρατηγήματα ἐξ ἀμφοτέρων ῥηθέντα, ὅμως ἐν παραθήκῃ δίδοται τὸ Παλλάδιον ἕως πρωῒ τῷ
C Διομήδει. διὰ μέντοι νυκτὸς ἀδήλως σφάζεται Αἴας. πρωΐας δὲ γενομένης ὡς εὑρέθη νεκρός, πολλῆς στάσεως γενομένης εἰς ὑπόληψιν ἦλθε τῆς πράξεως Ὀδυσσεύς· ὅθεν καὶ εἰς ἐμφύλιον ἀναπτομένου τοῦ πράγματος πόλεμον, πρῶτος Ὀδυσσεὺς ἑλκύσας τὰ ἑαυτοῦ πλοῖα ἀφώρμησε τῆς Τροίας, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἅπαντες, καὶ τοῦτο ἀρχὴ γέγονε τῆς τῶν Ἑλλήνων ὑποχωρήσεως. τὴν δὲ Ἑκάβην καταρωμένην τῷ στρατῷ οἱ μετὰ Ὀδυσσέως λίθοις βάλλουσι καὶ τῇ θαλάσσῃ ῥίπτουσιν εἰς χώραν λεγομένην Μαρώνειαν, ἣν καὶ κυνὸς σῆμα ὠνόμασαν.

Ἐκεῖθεν ἐμπίπτει ἐν Σικελίᾳ Κύκλωπι, οὐχὶ ἑνὶ ὀφθαλμῷ κατὰ τὰς μυθολογίας Ὁμήρου κεχρημένῳ· ἀλλ' ἄνθρωπος μὲν
D ἦν τὴν φύσιν ὡς πάντες ἄνθρωποι καὶ οἱ λοιποὶ Κύκλωπες, οἳ καὶ τὸ εἶδος ἦσαν μεγάλοι καὶ ἀπηγριωμένοι καὶ ἀπευκτοί, τὴν προαίρεσιν παγχάλεποι καὶ μισανθρωπότατοι καὶ φονικώτατοι. εἶτα εἰς τὰς Αἰολίας νήσους εἰς Κίρκην καὶ Καλυψὼ τὰς θυγατέρας Ἄτλαντος· ἀφ' ἧς Κίρκης καὶ υἱὸν ἔσχε τὸν Τηλέγονον. εἶτα εἰς λίμνην

supellectilemque inter se partiti sunt; redditaque Menelao Helena, et urbe undique incensa atque diruta, domum redire intenderunt.

Ilio capto Aiax Telamonius et Ulysses uterque sibi Palladium vindicavit, cum uterque ob toleratos pro toto exercitu labores sibi id ad suae urbis tutelam deberi contenderet. cum uterque multa praeclara sua eius belli facinora commemorasset, Palladium tamen usque in crastinum diem apud Diomedem depositum fuit. sed ea nocte Aiax, incertum a quo, occiditur. quae res cum magnam turbam excitasset, Ulysses in suspicionem eius facti devenit; cumque ad intestinum iam res bellum spectaret, primus Ulysses deductis suis navibus e Troia abiit, eumque omnes sunt secuti. hoc fuit principium Graecorum discessionis. Hecubam autem, cum ea exercitui dira imprecaretur, Ulysses cum sociis lapidibus obruunt et in mare eiiciunt ad locum cui nomen Maronea; qui et Cynos sema, hoc est canis monimentum, appellatus ab iis est.

Deinde Ulysses apud Siciliam incidit in Cyclopem. non fuit is, ut Homerus fabulatur, unoculus, sed omnium hominum natura similis, ut et reliqui Cyclopes. sed ii vastis corporibus erant, efferi atque immanes, saevissimi, inhumanissimi atque caedibus humanis deditissimi. inde ad Aeolicas insulas delatus est, post ad Circen et Calypsonem, Atlantis filias. ex Circe etiam filium habuit Telegonum. postea ad paludem

τὴν καλουμένην Νεκύοπον, ἐν ᾗ διὰ φαντασμάτων ἔγνω τὰ μέλλοντα συμβαίνειν αὐτῷ. ἐκεῖθεν εἰς τὰς Σειρῆνας ἐκρίπτεται πέτρας καὶ τὴν καλουμένην Χάρυβδιν καὶ Σκύλλαν, ἥτις ἐν στενῷ τόπῳ διακειμένη ὑποδέχεται τὰ τοῦ Ὠκεανοῦ ῥεύματα καὶ τοὺς παραπλέοντας βυθίζει. ἐν ᾧ τὰ πλοῖα πάντα μετὰ καὶ τῶν ἑταίρων P 138 ἀποβαλών, αὐτὸς κρατήσας σανίδος ἐν τοῖς ῥεύμασι τῶν ὑδάτων ἐφέρετο. τοῦτον Φοίνικες πλέοντα λαβόντες εἰς Κρήτην πρὸς Ἰδομενέα γυμνὸν ἤγαγον. καὶ αὐτὸς πέμπει τοῦτον εἰς Φαιακίαν τὴν νῦν λεγομένην Κέρκυραν πρὸς Ἀλκίνοον, δεδωκὼς αὐτῷ ναῦς δύο καὶ ἄνδρας ἐπιλέκτους ν'. ὁ Ἀλκίνοος τοίνυν μετὰ τοῦ Ὀδυσσέως πλείονας στρατιώτας ἀναλαβόμενος καταλαμβάνει τὴν Ἰθάκην. καὶ τοὺς μνηστῆρας ἀποκτείνας, καθάρας τε τὸν οἶκον ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ, ἀνακτᾶται τὴν βασιλείαν. βιώσας οὖν ὁ Ὀδυσσεὺς πολλοὺς χρόνους ὑπὸ τοῦ ἰδίου παιδὸς τοῦ ἀπὸ τῆς Κίρκης αὐτῷ γεγεννημένου τοῦ Τηλεγόνου τὸν βίον καταλύει. B τὸν γὰρ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ θάνατον ἔκ τινων μαντευμάτων ὑφορώμενος τὸν Τηλέμαχον ἐφυλάττετο καὶ συνεῖναι αὐτῷ παρῃτεῖτο. τοῦ οὖν Τηλεγόνου τὴν Ἰθάκην καταλαβόντος καὶ ἑαυτὸν τῷ πατρὶ καταμηνύσαντος, μὴ προσδεχομένου παρὰ τῶν φυλάκων, νυκτός τε οὔσης καὶ κραυγῆς γενομένης νομίσας Ὀδυσσεὺς τὸν Τηλέμαχον εἶναι ἀνίσταται μετὰ ξίφους, καὶ συμπεσὼν Τηλεγόνῳ πλήττεται ὑπ' αὐτοῦ κέντρῳ τρυγόνος, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τελευτᾷ.

Ἀγαμέμνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν πατρίδα μετὰ Κασάνδρας ἀποπλεύσας εὗρε Κλυταιμνήστραν μοιχευομένην Αἰγίσθῳ. αὕτη

nomine Necyopam, ubi ex visis quibusdam ea quae sibi eventura essent cognovit. inde ad Sirenum saxa eiectus est, et ad Charybdin ac Scyllam, quae in faucibus sita Oceani fluctus excipit ac praeternavigantes submergit. ibi omnibus navibus ac sociis amissis, ipse tabula arrepta cum undis ferretur, ita vehens a Phoenicibus exceptus nudusque in Cretam est ad Idomeneum deductus. Idomeneus eum additis duabus navibus ac 50 viris delectis ad Alcinoum misit in insulam Phaeaciam, quae nunc Corcyrae nomen gerit. Alcinous eum, pluribus adhuc militibus adhibitis, in Ithacam deduxit; qua potitus Ulysses, procis interfectis, domoque ab iis qui ipsi insidiabantur purgata, regnum recuperavit. cum autem multos annos vixisset, a Telegono, suo et Circes filio, occisus est. nam cum necem a filio suo ex quibusdam vaticiniis metueret, a Telemacho sibi cavebat eiusque convictu abstinebat. ac cum Telegonus Ithacam appulisset, seque, cum a custodibus non admitteretur, patri suo indicari iussisset, quod tum nox erat, vociferatione oborta, Telemachum adesse ratus Ulysses, cum gladio obviam ivit, congressusque Telegono, ab eo pastinacae spina ictus periit.

Agamemnon cum una cum Casandra in patriam navigatione esset delatus, in Clytaemnestram uxorem suam ab Aegistho adulteratam inci-

C γὰρ ἀκούσασα ὡς Ἀγαμέμνων τὴν Κασάνδραν ἔσχεν ἐν Τροίᾳ, θάνατον καταψηφίζεται τῷ ἀνδρὶ τοιοῦτον. ἐνδύσασα γὰρ αὐτὸν ἐπανελθόντα χιτῶνα πανταχόθεν ὑφασμένον, παρασκευάζει τοῦτον ὑπὸ Αἰγίσθου σφαγῆναι, καὶ λαμβάνει τὸν Αἴγισθον. ὁ γοῦν τοῦ Ἀγαμέμνονος υἱὸς Ὀρέστης, ὃς ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ἐν τῇ πρὸς Ἴλιον ἐκστρατείᾳ νέος ὢν πρὸς Σχοινέα ἀπεστάλη ἀνατραφῆναι, τοῦτο μαθὼν ἦλθε, καὶ ἀνελὼν Αἴγισθον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἀναλαμβάνει τὴν βασιλείαν.

Μενέλαος δὲ σὺν τῇ Ἑλένῃ εἰς Αἴγυπτον ἀπορριφεὶς, καὶ μόλις εἰς Λακεδαίμονα καταχθεὶς, τὰ κατὰ τὸν Ἀγαμέμνονα μαθὼν μετὰ πολλοῦ δέους ἐβίου. Αἴας δὲ ὁ τοῦ Οἰλέως υἱὸς μετὰ
D τοῦ ἰδίου στρατοῦ ἐποντίσθη. Διομήδης δὲ ὁ τοῦ Τυδέως υἱὸς εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν καταπλεύσας οὐκ ἐδέχθη, ἀλλὰ διωχθεὶς ὑπὸ Αἰγιαλείας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς καὶ τῶν πολιτῶν κατέφυγεν εἰς Καλαβρίαν. κτίζει οὖν πόλιν ἐκεῖ, ἣν ἐκάλεσεν Ἀργυρίππην, τὴν μετονομασθεῖσαν Μαλεβέντον, εἶτα καὶ Βενεβέντον, καὶ ἐν αὐτῇ οἰκεῖ ἔχων καὶ τὸ Παλλάδιον, ὅπερ ἔλαβεν ἐκ Τροίας.

Ὅτι Ὀρέστης μετὰ τὴν μητροκτονίαν εἰς μανίαν περιέπεσε λυσσώδη, καὶ ποτὲ μὲν ἐν ἀνέσει διῆγε, ποτὲ δὲ τὰ ἔξοχων ἐπετέλει. ἀγαπώντων δὲ αὐτὸν τῶν πολιτῶν εἰς Δελφοὺς ἀπέρχεται,
P 134 καὶ δέχεται χρησμὸν τοιοῦτον "Ὀρέστα, οὐκ ἄλλως σε δεῖ ἀργαλέης νόσου μανίην ἀποθέσθαι, εἰ μὴ περάσας Πόντου κύματα

dit. nam ea cum inaudivisset Agamemnonem apud Troiam Casandra uti, mortem marito sic est machinata, ut reversum veste undiquaque contexta indueret, subornato qui eum sic deprehensum iugularet Aegistho; cui et statim nupsit. at filius Agamemnonis Orestes, qui puer a patre ad bellum Troianum proficiscente ad Schoeneum fuerat educatum missus, re comperta domum reversus suam matrem una cum Aegistho interfecit regnumque recuperavit.

Menelaus cum Helena in Aegyptum eiectus, vix tandem Spartam cum rediisset, Agamemnonis casu cognito in magna solicitudine vitam exegit. Aiax Oilei F. una cum suo exercitu fluctibus est marinis obrutus. Diomedes Tydei F. cum ad suam urbem revectus esset mari, non est admissus: sed ab Aegialea uxore sua et civibus repulsus in Calabriam confugit, ibique urbem Argyripam condidit, et eam habitavit, secum etiam Palladium tenens, quod apud Troiam nactus fuerat. ea urbs postea Maleventum ac rursus Beneventum est denominata.

Orestes post perpetratam matris caedem in rabiosam incidit insaniam; quae aliquando remittebat, alio tempore vehementius vexabat. civibus ergo instantibus Delphos profectus tale oraculum accepit.

Oresta, non aliter vaesania gravi
te liberari fata concedunt deum,
quam Pontici transvectus undas aequoris

Σκυθίης γαῖαν καταλάβῃς Αὐλίδος τε χώραν. ἐν ἱερῷ Ἀρτέμιδος
ληφθεὶς σωθήσῃ ἐκ τῶν βωμῶν. κἀκεῖθεν ἐκφυγὼν ἀπὸ χθονὸς
βαρβάρων χθόνα περάσας καταλάβῃς Συρίης γαῖαν. αὐλῶνος
Σιλπίου ὄρους ἄντικρυ εὑρήσεις Μελάντιον τοὔνομα ἔχον ὄρος,
ἔνθα μέγας ἐστὶ ναὸς Ἑστίας. ἐκεῖ λυσσώδη μανίαν ἀποτίθει.
θᾶττον οἴχνει. ταῦτ' ἔφην ἃ γίνεται." ταῦτα σημειωσάμενος
Ὀρέστης, εὐθέως ἀναπλεύσας ἅμα τῷ Πυλάδῃ, ἔφθασαν ἐπὶ τὴν
Αὐλίδα χώραν τῆς Σκυθίας. τὴν Ποντικὴν τοίνυν θάλασσαν
διαπεράσαντες, καὶ ὡς ἀπὸ μιλίων δύο τῆς ἠπείρου πεζεύσαντες, B
ὁρῶσιν ὡς μέλαθρα θεᾶς καὶ ἔξωθεν ἀνθρώπων ὀστέα ἐρριμμένα,
ἃ καὶ Κρουστέμια ἐγχώριος καλεῖ γλῶσσα. καὶ τί δράσαιεν ἐβου-
λεύοντο. τρέχουσι βουκόλοι πρὸς τὴν Ἰφιγένειαν, "ἥκουσι"
φάσκοντες "δύο νεανίσκοι παρὰ τὴν κυανέαν." ἐκείνη δέ, τίνες
καὶ ποταποί, καὶ τίνα τούτοις ὀνόματα, πρῶτον ἐρωτῶσα τοὺς
ξένους, καὶ περὶ Ἀγαμέμνονος τοῦ πατρὸς καὶ περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ
πολέμου ἐξήταζεν. εἶτα δεσμοῦνται τοῦ θύεσθαι. καὶ τὸν μὲν
Ὀρέστην εἰς τὴν ἑξῆς, Πυλάδην δὲ τῷ βωμῷ τῆς Ἀρτέμιδος
παρεστήσατο. καὶ ἡ Ἰφιγένεια ποίας ἂν εἴη χώρας ἐπύθετο καὶ
ποίας πόλεως. "χώρας μὲν Ἑλλάδος" ἔφη, "Μυκήνης δὲ πόλεως C
ἄθλιος πάρειμι." ἡ δὲ τὴν πόλιν αὐτῆς καὶ τὴν χώραν ἀκούσασα
ἐδάκρυσεν, ὑποπτεύσασα δὲ ὑπὸ τῶν βουκόλων αὐτὸν ἀκοῦσαι τὰ
περὶ αὐτῆς "τίς" ἔφη "βασιλεὺς Μυκήνης; τίς δὲ ἡ τούτου γυνή;

Scythicas in oras Aulidemque veneris.
hic ad Dianae constitutus victima
altare, salvus barbaricum fugiens solum,
terram Syrorum transmisso attinges mari,
quae Silpii montis convallem oppositam habet.
hic reperies montem nomine Melanthium
Vestaeque fanum nobile vetustae deae.
ibi tu rabiosam depones insaniam.
abi cito hinc: quae sint futura, diximus.

eo annotato Orestes statim comitatus Pylade in Scythiam navigavit et Aulidem pervenit. ergo cum Pontico mari traiecto terrestri itinere ad miliaria duo progressi essent, templum divae cernunt, forisque ossa hominum proiecta, quae indigenae sua lingua crustemia nominabant. hic ipsis quid facto usus esset consultantibus, pastores ad Iphigeniam accurrunt, duosque nuntiant iuvenes mari advectos esse. ea primum nomina hospitum, ac cuii, scitatur, simul de Agamemnone patre suo et Troiano bello, exploratis eorum indiciis. inde ii ut deae victima fiant vinciuntur; reservaturque in proxime insequentem diem Orestes, Pylades ad aram Dianae constituitur. percontata est eum Iphigenia cuias esset. Graecum se esse respondit domo, patria Mycenaeum. illacrimavit ea nomine gentis et urbis suae audito: suspicata tamen, eum de ipsius rebus aliquid ex pastoribus inaudivisse, quaesivit porro quis rex Myce-

τίνα δὲ τέκνα;" "Ἀγαμέμνων" εἶπε "πρώην, γυνὴ δὲ Κλυται-
μνήστρα, τέκνα δὲ οἱ Ὀρέστης καὶ Ἠλέκτρα καὶ Ἰφιγένεια, ἣ
ὡς λέγουσι θυσία Ἀρτέμιδι προσήχθη, ῥυσθεῖσα δὲ ὑπὸ τῆς
θεοῦ ἕως ἄρτι ποῦ ἐστὶν οὐκ ἐγνώσθη· ἔσχε δὲ καὶ Χρυσόθεμιν
καὶ Λαοδίκην θυγατέρας." ἡ δὲ ἀκούσασα κελεύει τοῦτον αὐτίκα
λυθῆναι τῶν δεσμῶν. καὶ γράψασα δίπτυχον ἐπιδέδωκεν αὐτῷ,
D εἰποῦσα "ἰδοὺ τὸ ζῆν σοι ἡ θεὸς δωρεῖται δι' ἐμοῦ. ἐπόμνυθί
μοι κατ' αὐτῆς ὅτι τὸ δίπτυχον τοῦτο ἐπιδίδως τῷ Ὀρέστῃ, καὶ
κομίζεις μοι παρ' αὐτοῦ γράμματα." ὁ δὲ ἐπώμνυτο καὶ τὸ
γράμμα διδόναι αὐτῷ εἰς χεῖρας καὶ αὐτὸν ἄγειν Ὀρέστην πρὸς
αὐτήν. εἰληφὼς δὲ τὸ δίπτυχον ἐξῆλθε τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἐλθὼν
ὅπου Ὀρέστης ἐφρουρεῖτο ᾐτήσατο τοὺς φρουροὺς Σκύθας, καὶ
εἰσελθὼν ἐπεδίδου τὴν πυκτὴν οὕτως εἰπών "ἴθι τὸ τάχος πρὸς
Ἰφιγένειαν τὴν σὴν ἀδελφήν." ἔμενον οὖν ἐννεοὶ οἱ Σκύθαι πρὸς
τὸ συμβάν. καὶ δὴ αὐτίκα πρὸς Ἰφιγένειαν εἰσῆλθον ἀμφότεροι,
καὶ ὁ Πυλάδης "ἴδε" ἔφη "Ὀρέστης ὁ σὸς ἀδελφός." ἡ δὲ οὐκ
P 135 ἐγνώρισεν αὐτόν, ἕως τὸ Πελόπειον τοῦ γένους σήμαντρον τὴν
ἐλαίαν εἶδεν ἔχοντα ἐν τῷ ὤμῳ δεξιῷ. περιπτυξαμένη τε αὐτὸν
ἐκέλευσεν ἑλκυσθῆναι τὰ πλοῖα αὐτῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ
ὅλον αὐτοὺς μεῖναι τὸν χειμῶνα παρ' αὐτῇ. θέρους δὲ γενομένου
λάθρᾳ Ὀρέστης καὶ Πυλάδης τὸ ὁλόχρυσον ἄγαλμα Ἀρτέμιδος
καὶ αὐτὴν ἀνελόμενοι τὴν Ἰφιγένειαν ἀπέδρασαν μεθ' ὧν ἀπῆλθον
πλοίων. καὶ τὴν Διαβηνὴν περάσαντες ἦλθον πρὸς ἀνατολὴν ἐπὶ

ἃς ἡμαρτήκατε κατεναντίον τοῦ θεοῦ, ἀχθήσεσθε εἰς Βαβυλῶνα αἰχμάλωτοι ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος. εἰσελθόντες οὖν εἰς Βαβυλῶνα ἔσεσθε ἐκεῖ ἔτη ο'. μετὰ δὲ τοῦτο ἐξάξω ὑμᾶς ἐκεῖθεν μετ' εἰρήνης, λέγει κύριος." καὶ πάλιν "καὶ δουλεύσουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔτη ο', καὶ ἐν τῷ πληρωθῆναι τὰ ο' ἔτη ἀποκαταστήσω τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, λέγει κύριος." καὶ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τῆς πόλεως Ἡσαΐας ἔφη "οὕτω λέγει κύ- P 221
ριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη. αὐτὸς οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει." περὶ ἧς οἰκοδομῆς καὶ Ἀγγαῖος φάσκει "τῷ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου ἐλάλησε κύριος πρός με, λέγων εἶπον δὴ πρὸς Ζοροβάβελ καὶ πρὸς Ἰησοῦν τὸν ἱερέα καὶ πρὸς πάντας τοὺς καταλοίπους τοῦ λαοῦ, λέγων τίς ἐξ ὑμῶν ὃς οἶδε τὸν οἶκον τοῦτον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ τῇ ἔμπροσθεν; καὶ πῶς νῦν βλέπετε αὐτὸν ὡς οὐχ ὑπάρχοντα ἐνώπιον ὑμῶν; καὶ νῦν κατίσχυε, Ζοροβάβελ καὶ Ἰησοῦ καὶ πᾶς ὁ λαός, καὶ οἰκοδομήσατε τὸν οἶκον. καὶ εὐδοκήσω ἐν αὐτῷ, καὶ ἔσται ἡ δόξα τοῦ B
οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, λέγει κύριος." ὥσπερ τοίνυν Σολομῶν τῆς πρώτης οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ γέγονε δομήτωρ, οὕτω Ζοροβάβελ τῆς δευτέρας καὶ ἐσχάτης. φησὶ γὰρ Ζαχαρίας "αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελέσουσιν αὐτόν." εἰ μὲν οὖν ἔμελλε πάλιν ἀναστήσεσθαι, εἶπεν ἂν ὁ προφήτης, καὶ ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὰ ἔμπροσθεν. τῷ δὲ εἰπεῖν "ὑπὲρ τὴν πρώτην"

sistis contra deum, captivi Babylonem abducemini a Nabuchodonosore Babylonico rege. Babylone degetis annos 70. iis exactis, vos pacate inde educam, ait dominus." et alibi "servient barbaris annos 70, quibus completis Israelum in locum suum restituam, inquit dominus." et de instauratione urbis Esaias sic vaticinatur (cap. 45) "haec ait dominus Christo meo Cyro, cuius dextram apprehendi, ut ei gentes obediant. is aedificabit urbem meam, captivumque populum meum dimittet." de eadem sic Aggaeus (cap. 2) "anno secundo Darii dominus ita me est affatus. agedum ita dicito Zorobabelo et Iesu pontifici reliquisque omnibus de populo superstitibus: quis vestrum vidit aedem hanc in maiestate pristina sua? et quomodo eam nunc videtis, quasi non sit coram vobis? nunc itaque tu Zorobabele, tuque Iesu, et omnis populus, fortes estote et aedem exstruite: ego eam approbabo, eritque postremi huius templi maiestas amplior primo, inquit dominus." quemadmodum igitur prius templum Solomon, ita posterius, et post quod nullum aliud erit, templum Zorobabelus aedificavit. sic enim Zacharias (cap. 4) "manus" inquit "Zorobabeli templi huius fundamenta posuerunt; idque eaedem perficient." quodsi denuo instaurari templum deberet, utique vates dixisset "erit maiestas huius domus postrema prioribus mai..."

[illegible] λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ [illegible] ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως [illegible] ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ [illegible] καὶ θυσία καθαρά. [illegible] κύριος παντοκρά- [illegible] [illegible] κύριος [illegible] Ἰουδαίων, [illegible] θυσίας [illegible] ὑπὲρ [illegible] καὶ ὁλο- [illegible] αὐτὰς ἐκβαλὼν [illegible]

[illegible] sacrificium de [illegible] nomini [illegible] nomini [illegible] meum [illegible] ideo vos [illegible] prae- [illegible] hoc ait do- [illegible] non fere [illegible] cum [illegible] sacrifi- [illegible] haec fuit, [illegible] ita pro- [illegible] (Esa. 1) [illegible] sacrificastis mihi [illegible] (Amos. 5) [illegible] terra longin- [illegible] et [illegible] quam [illegible] praestat. et [illegible] (Psalm. 50) [illegible] reiicit,

ἐπάγει λέγων "μεμίσηκα καὶ ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν. καὶ ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων οὐκ ἀκούσομαι, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, καὶ νηστείαν καὶ ἀργίαν μισεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ οὐ τοιαύτην νηστείαν ἐξελεξάμην." καὶ "δώσω ὑμῖν προστάγματα οὐ καλά, ἐν οἷς οὐ ζήσεσθε ἐν αὐτοῖς." ὥστε οὖν κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν καὶ οὐ κατὰ τὴν ἀγαθότητα δέδωκεν ὑμῖν ἐκεῖνα τὰ προστάγματα πάντως, καὶ ἀλλοίωσις οὐκ ἔστιν. ἐπεὶ οὖν ἀγνώμων καὶ λίαν ἀχάριστος ὁ Ἰσραὴλ ἔκπαλαι γενόμενος, καὶ καταλείψας τὸν ὄντως ὄντα καὶ B προόντα θεόν, τὸν ποιήσαντα καὶ εὐεργετήσαντα αὐτὸν πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, καὶ τέλεον ἀποστὰς ἀπὸ θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ ἔθυσε τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ τοῖς δαιμονίοις, καὶ λατρεύσας καὶ προσκυνήσας τῇ κτίσει περὶ τὸν κτίσαντα, λέγων τῷ ξύλῳ καὶ τῷ λίθῳ "θεός μου εἶ, σὺ με γεγέννηκας," οὐκ ἔφριξεν ὁ τάλας καὶ ἀπόπληκτος ἀπαρνήσασθαι τὸν γεννήσαντα αὐτὸν θεὸν ζῶντα καὶ ἀληθινὸν καὶ ἐπιλαθέσθαι τοῦ τρέφοντος αὐτὸν θεοῦ. διὸ δὴ λοιπὸν ὡς ἄχρηστον προσώχθισεν αὐτῷ ὁ θεός, καὶ ἀπεστράφη παντελῶς, διὰ τοῦ μὲν Δαβὶδ φάσκων "καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε C μοι, καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν πορεύεσθαι." ὡσαύτως καὶ διὰ Ζαχαρίου φησί "καὶ εἶπον, οὐ ποιμανῶ αὐτούς, ἀλλὰ τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω καὶ τὸ ἀπολλύμενον ἀπολλυέσθω" καὶ τὰ λοιπά. κατεσθιέτω ἕκαστος

13 παρὰ?

ita inferens (Esa. 58) "odi et repudio festos dies vestros, amove a me sonitum tuarum cantilenarum, nolo audire tuorum musicorum instrumentorum carmen. solennitates vestras non fero, ieiunia et ferias odit anima mea: non elegi tale ieiunium." item (Ezech. 20) "dabo vobis praecepta non bona, quibus servandis non vivetis." omnino itaque istas leges de caeremoniis deus non ut bonas per se, sed propter pervicaciam vestram vobis dedit. quia ergo beneficia non agnoscebat ingratissimusque iam inde ab initio erat Israelus, verumque et aeternum deum deserebat, a quo creatus tamque variis et multiplicibus erat affectus beneficiis, ac prorsus deficiens a deo servatore suos filios et filias suas daemonibus immolabat, honoremque et cultum creatori debitum creaturae deferret, lignum et lapidem deum suum a quo genitus esset appellans; neque miser et stupidus populus horruit suum genitorem infitiari deum vivum ac verum, obliviscique dei a quo erat educatus, ideo tandem deus istum populum, ut nauci homines, aversatus est prorsusque repudiavit. id quod magnus ille Davidus his verbis expressit (Psalm. 105) "non fuit dicto meo audiens populus, neque animum mihi advertit Israelus: itaque eos dimisi, ut sua sectarentur studia." ita etiam Zachariae ore loquitur "dixi iam non pascam eos amplius: sed quod moritur, moriatur sane, et pereat quod periit" et cetera. devoret quisque carnes

τὴν δευτέραν ἐσχάτην ὑπέφηνε καὶ τελευταίαν. ὡς γὰρ οὐκ ἔστι τῆς πρώτης προτέρα, οὕτως οὐδὲ τῆς ἐσχάτης ἐσχατωτέρα. ὥστε
C οὖν εἰ μὲν εἶπεν "ἡ δευτέρα ὑπὲρ τὴν πρώτην," εἰκὸς ἦν καὶ τρίτην οἰκοδομὴν προσδοκᾶν· εἰ δὲ τὴν δευτέραν ἐσχάτην ἐκάλεσε, τελευταίαν ἐκείνην οἰκοδομὴν προφανῶς τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ παρεδήλωσε. καὶ μάτην ἀπατᾶσθε, ὦ Ἰουδαῖοι, τὴν παλιγγενεσίαν τούτων μετὰ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου καθαίρεσιν ἀποκαραδοκοῦντες. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ἱεροψάλτης Δαβὶδ πρὸ τούτων ἐκ προσώπου τῆς αἰχμαλώσεώς φησιν "ἐπὶ τὸν ποταμὸν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τὴν Σιών, καὶ ὅτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς ὕμνους." καὶ ἐπάγει ἑτέρωθεν ἐπὶ τῆς πόλεως λέγων "οἰκοδομῶν Ἱερουσαλὴμ ὁ κύριος τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει." καὶ πάλιν ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ φάσκει "ἐν τῷ ἐπιστρέ-
D ψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ." οὐκοῦν ὑμεῖς πολὺ πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς μήτε τὴν ἐν αὐταῖς μυστικὴν καὶ θεόπνευστον πρόρρησιν. περὶ δὲ τῆς ἐσχάτης αἰχμαλωσίας ταύτης οὔτε χρόνον ὥρισεν ὁ θεὸς οὔτε ἀποκατάστασιν ἐδήλωσεν ὁ προφήτης, ἀλλὰ τὴν μὲν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν τῆς βασιλείας ὑμῶν κατάπαυσιν καὶ τὴν τῆς πόλεως ἐρήμωσιν πάντες οἱ προφῆται προανήγγειλαν, τὴν δὲ ἐπάνοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀνόρθωσιν οὐδαμῶς, πλὴν μόνον τὸν παντελῆ ταύτης ἀφανισμὸν καὶ τὸν ὄλεθρον ὑμῶν καὶ τὴν

nunc secundum templum primo praeferens, ostendit illud esse extremum atque ultimum. sicut enim primo nullum prius, ita postremo nullum est posterius. ut ergo si secundum templum cum primo comparasset vates, tertiam templi structuram exspectare fuisset consentaneum, sic cum secunda aedes postrema dicitur, ultima ea urbis ac fani aedificatio perspicue praedicitur. falso itaque et frustra eorum, postquam a Vespasiano et Tito excisa sunt, instaurationem speratis. quin etiam divinus psaltes Davidus ante illos in persona captivi populi sic dicit (Psalm. 136) "ad fluvium Babylonis sedebamus, ac Sionis recordantes plorabamus. ibi ii qui nos captivos tenebant, a nobis hymnum exigebant." alio loco de urbe sic vaticinatur "dominus Hierosolyma aedificat, et dispersum Israelicum populum recolliget." alibi in persona populi (Psalm. 13) "cum" inquit "dominus captivum populum in patriam reducet, exsultabit tunc Iacobus et laetabitur Israelus." in magno itaque vos errore versamini, scripturas ignorantes iisque contentas arcanas et divinitus inspiratas praedictiones. at vero ultimo huic exsilio neque tempus certum definivit deus neque restitutionem ullus vates promisit. sed exsilium quidem et regni abolitionem ac urbis excidium omnes vates, reditum et urbis instaurationem nequaquam: verum eius excidium vestraeque gentis exitium ac continuum supplicium et dissipationem per omnes po-

διηνεκῆ τιμωρίαν καὶ διασπορὰν εἰς πάντα τὰ ἔθνη. φησὶ γὰρ P 222 ὁ ἀρχάγγελος πρὸς τὸν Δανιὴλ "ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται, καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐπερχομένῳ, καὶ ἐκκοπήσονται ὡς ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδή, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα ἐρημώσεως συντέλεια δοθήσεται." διὰ μὲν γὰρ τοῦ χρίσματος τὴν ἱερωσύνην ἐδήλωσε, διὰ δὲ τοῦ κρίματος τὴν βασιλικὴν καὶ πολιτικὴν κατάστασιν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὴν ἀναίρεσιν ὑπέφηνε, διὰ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐκκοπῆς καὶ τῆς συντελείας τὴν ἄρδην ἔκπτωσιν καὶ πανωλεθρίαν ἐσήμανεν. ὅταν οὖν ἀκούεις, ὦ Ἰουδαῖε τυφλέ, συντέλειαν, τί λοιπὸν ἕτερον προσδοκᾷς; εἰ δὲ ἀναγινώσκων οὐκ ἐπιγινώσκεις, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἐπιγινώσκεις B ὄντως, περὶ τῆς ἀπροσδοκήτου σου ἀνακλήσεως, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπομαχόμενος οὐ νοεῖς, ἄκουσον ἐν παρεκβάσει τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν, καὶ παῦσαι τοῦ λοιποῦ φιλονεικῶν καὶ ἀνοηταίνων. ὁ προφήτης Ὠσηὲ οὕτως λέγει "καὶ καταπαύσω βασιλείαν οἴκου Ἰσραήλ, καὶ οὐ μὴ προσθῶ ἔτι τοῦ ἐλεῆσαι τὸν οἶκον Ἰσραήλ, ἀλλ' ἢ ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτῷ, λέγει κύριος. καὶ ἐμίσησα αὐτοὺς διὰ τὰς κακίας τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου μου ἐκβαλῶ αὐτούς, καὶ οὐ προσθήσω τοῦ ἀγαπῆσαι αὐτούς, λέγει κύριος. ἐπόνεσεν Ἐφραῒμ τὰς ῥίζας αὐτοῦ καὶ ἐξηράνθη, καὶ καρπὸν οὐκ ἔτι οὐ μὴ ἐνέγκῃ. καὶ ἀπώσεται αὐτοὺς ὁ θεός, ὅτι οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ, καὶ ἔσονται C πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν." ἔφη γοῦν καὶ Μαλαχίας "οὐκ ἔστι

pulos tantummodo praedixerunt. sic enim princeps angelorum Danielo dicit (Dan. 9) "abolebitur unctio, et desinet iudicium. urbem imperator superventurus exscindet atque templum. tanquam in diluvio, ita prodentur. tolletur de medio sacrificium et liberatio; statueturque in templo abominandae signum vastitatis, eaque perficietur." unctione nimirum sacerdotium, iudicio regnum et rei publicae administrationem designavit, reliquorumque omnium exitium indicavit, diluvio autem et profectione extremam proditionem notavit. cum ergo, Iudaee caece, audis consummationem, quid porro exspectas? quodsi ea legens non animadvertis (sicuti revera non animadvertis) de inopinata tua revocatione, atque ideo non intelligens rem veritati repugnas, audi in digressione hac voces vatum, atque insanum contendendi studium depone. vates Oseas ita fatur (cap. 2) "finem imponam regno domus Israeliticae, neque posthac miserabor eam domum, sed omni opere ei adversabor, inquit dominus. quippe propter studia sua mala mihi invisi sunt, domoque eos mea eiiciam, neque porro eos diligam, inquit dominus. (cap. 9) radices Ephraimi vitiatae sunt: exaruit, neque praeterea fructum feret. repellet eos deus, quia eius dicto audientes non fuerunt; vagique inter gentes oberrabunt." etiam Malachias ita loquitur (cap. 1)

μοι θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ
προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως
δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ
τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά.
διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος παντοκρά-
τωρ, ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό, διὰ τοῦτο δώσω ὑμᾶς ἐξουθενη-
μένους καὶ παρειμένους εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀνθ᾽ ὧν οὐκ ἐφυλά-
ξατε τὰς ἐντολάς μου." διό φησιν Ἱερεμίας "τάδε λέγει κύριος
παντοκράτωρ. ἰδοὺ ὤμοσα τῷ ὀνόματί μου τῷ μεγάλῳ, εἰ ἔσται
D τοίνυν τοῦ λοιποῦ ὀνομαζόμενον τὸ ὄνομά μου ἐν παντὶ στόματι
Ἰούδα." εἰ δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἔφη περιαιρήσειν ἀπὸ Ἰουδαίων,
εὔδηλον ὅτι καὶ τὸν νόμον καὶ τὰς θυσίας. οὐ τοίνυν προηγου-
μένως κατὰ θείαν γνώμην ἡ περὶ τῶν θυσιῶν ἐδόθη νομοθεσία·
κἀντεῦθεν μὲν ταῦτα διὰ τῶν προφητῶν ἔφη "τίς γὰρ ἐξεζήτησε
ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν σου;" καὶ "μὴ εὐχαὶ καὶ κρέατα ἀφαιροῦσι
τὰς ἁμαρτίας σου; καὶ μὴ σφάγιον καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι
ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη μ΄;" καὶ "ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ Σαβὰ φέρεις
καὶ κιννάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν;" διό, φησί, "θυσίαν καὶ
προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας." καὶ "μὴ ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας
θέλει ὁ θεός, ἢ τὸ ὑπακούειν αὐτοῦ;" καὶ "ἀκοὴ ἀγαθὴ ὑπὲρ
P 223 θυσίαν." καὶ "εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν." καὶ "ὁλο-
καυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις." καὶ δὴ καὶ τὰς ἑορτὰς ἐκβαλὼν

"non placetis mihi, inquit dominus omnipotens, neque sacrificium de vestris manibus accipiam. nam ab ortu solis usque ad occasum nomini meo apud populos magnifice gloria defertur. et ubique adoletur nomini meo, sacrificiumque offertur purum, quia apud gentes nomen meum magni fit, ait dominus omnipotens. vos autem id profanatis. ideo vos ad nihilum redigam, inque populos disiiciam, propterea quod meis praeceptis non paruistis." "ideo" inquit Ieremias (cap. 44) "haec ait dominus omnipotens. ecce iuravi per nomen meum magnum, non fore porro ut quisquam Iuda oriundus nomen meum in ore habeat." cum dicit se nomen suum ex Iuda sublaturum, liquet idem de lege sacrificiisque intelligendum esse. non ergo praecipue dei sententia haec fuit, leges de sacrificiis ferre. nam propterea postmodo per vates ita pronuntiavit: "quis enim haec de manibus tuis requisivit?" item (Esa. 1) "num vota et carnes tua peccata abolent?" et "num sacrificastis mihi et victimas obtulistis per 40 annos in solitudine?" item (Amos. 5) "quorsum mihi thus ex Saba affers, et cinnamomum de terra longinqua?" item (Hierem. 6) "sacrificium et oblationem nolebas," et (Psalm. 39) "anne deus malit solidum sacrificium et victimas, quam sibi obediri?" item (1 Sam. 15) "obedientia sacrificio praestat." et "si sacrificium voluisses, utique tibi exhibuissem." et (Psalm. 50) "victimas integras non probabis." quin et festas solennitates reiicit,

ἐπάγει λέγων "μεμίσηκα καὶ ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν. καὶ ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων οὐκ ἀκούσομαι, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, καὶ νηστείαν καὶ ἀργίαν μισεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ οὐ τοιαύτην νηστείαν ἐξελεξάμην." καὶ "δώσω ὑμῖν προστάγματα οὐ καλά, ἐν οἷς οὐ ζήσεσθε ἐν αὐτοῖς." ὥστε οὖν κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν καὶ οὐ κατὰ τὴν ἀγαθότητα δέδωκεν ὑμῖν ἐκεῖνα τὰ προστάγματα πάντως, καὶ ἀλλοίωσις οὐκ ἔστιν. ἐπεὶ οὖν ἀγνώμων καὶ λίαν ἀχάριστος ὁ Ἰσραὴλ ἔκπαλαι γενόμενος, καὶ καταλείψας τὸν ὄντως ὄντα καὶ B προόντα θεόν, τὸν ποιήσαντα καὶ εὐεργετήσαντα αὐτὸν πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, καὶ τέλεον ἀποστὰς ἀπὸ θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ ἔθυσε τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ τοῖς δαιμονίοις, καὶ λατρεύσας καὶ προσκυνήσας τῇ κτίσει περὶ τὸν κτίσαντα, λέγων τῷ ξύλῳ καὶ τῷ λίθῳ "θεός μου εἶ, σὺ μὲ γεγέννηκας," οὐκ ἔφριξεν ὁ τάλας καὶ ἀπόπληκτος ἀπαρνήσασθαι τὸν γεννήσαντα αὐτὸν θεὸν ζῶντα καὶ ἀληθινὸν καὶ ἐπιλαθέσθαι τοῦ τρέφοντος αὐτὸν θεοῦ. διὸ δὴ λοιπὸν ὡς ἄχρηστον προσώχθισεν αὐτῷ ὁ θεός, καὶ ἀπεστράφη παντελῶς, διὰ τοῦ μὲν Δαβὶδ φάσκων "καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε C μοι, καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν πορεύεσθαι." ὡσαύτως καὶ διὰ Ζαχαρίου φησὶ "καὶ εἶπον, οὐ ποιμανῶ αὐτούς, ἀλλὰ τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω καὶ τὸ ἀπολλύμενον ἀπολλυέσθω" καὶ τὰ λοιπά. κατεσθιέτω ἕκαστος

13 παρὰ?

ita inferens (Esa. 58) "odi et repudio festos dies vestros, amove a me sonitum tuarum cantilenarum, nolo audire tuorum musicorum instrumentorum carmen. solennitates vestras non fero, ieiunia et ferias odit anima mea: non elegi tale ieiunium." item (Ezech. 20) "dabo vobis praecepta non bona, quibus servandis non vivetis." omnino itaque istas leges de caeremoniis deus non ut bonas per se, sed propter pervicaciam vestram vobis dedit. quia ergo beneficia non agnoscebat ingratissimusque iam inde ab initio erat Israelus, verumque et aeternum deum deserebat, a quo creatus tamque variis et multiplicibus erat affectus beneficiis, ac prorsus deficiens a deo servatore suos filios et filias suas daemonibus immolabat, honoremque et cultum creatori debitum creaturae deferret, lignum et lapidem deum suum a quo genitus esset appellans; neque miser et stupidus populus horruit suum genitorem infitiari deum vivum ac verum, obliviscique dei a quo erat educatus, ideo tandem deus istum populum, ut nauci homines, aversatus est prorsusque repudiavit. id quod magnus ille Davidus his verbis expressit (Psalm. 105) "non fuit dicto meo audiens populus, neque animum mihi advertit Israelus: itaque eos dimisi, ut sua sectarentur studia." ita etiam Zachariae ore loquitur "dixi iam non pascam eos amplius: sed quod moritur, moriatur sane, et pereat quod periit" et cetera. devoret quisque carnes

τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ. καὶ οὕτω μισητὸν καὶ διεφθαρμένον καὶ εἰς ἅπαν ἐβδελυγμένον διὰ τῶν αἰσχίστων καὶ θεοστυγῶν ἐπιτηδευμάτων ἑαυτὸν ἀποφήνας εἰκότως εὖ μάλα δικαίως εἰς τέλος κατεβλήθη καὶ ἀπελείφθη, καθὼς πάλιν ὁ θεῖος Μαλαχίας φησὶν "ἔπεσεν Ἰσραήλ, καὶ οὐ μὴ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι."
D οὕτω καὶ ὁ Ἡσαΐας φάσκει "τίς φείσεται ἐπὶ σοὶ Ἰσραήλ, ἢ τίς ἀνακάμψει σε εἰς εἰρήνην; λέγει κύριος. ὀπίσω πορεύσῃ, καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου, καὶ διαφθερῶ σε, καὶ διασπερῶ σε, καὶ οὐκέτι ἀνήσω σε. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ λαμβάνω καὶ ῥάσσω ὑμᾶς καὶ τὴν πόλιν ἣν ἔδωκα ὑμῖν, καὶ δώσω ὑμῖν ὀνειδισμὸν αἰώνιον καὶ ἀτιμίαν αἰώνιον, ἥτις οὐκ ἐπιλησθήσεται." τῆς τοίνυν ἐσχάτης ἁλώσεως ταύτης καὶ τελευταίας τὰ δεινὰ καὶ φοβερὰ προδιαγορεύοντες ὅ τε μέγας καὶ θεορρήμων πάλιν Μωϋσῆς καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν θεηγόροι Ἰεζεκιὴλ καὶ Ἱερεμίας, εὐκρινῆ λίαν καὶ σφόδρα δῆλα τοῖς πᾶσι καὶ τοῖς ἄγαν ἰδιώταις αὐτὰ πεποίηται. ὁ μὲν γὰρ Μωϋσῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ φησὶ "καὶ ἐπάξει κύριος ἔθνη
P 224 ἐπί σε μακρόθεν, ἀπ᾽ ἐσχάτου τῆς γῆς, ὡσεὶ ὅρμημα ἀετοῦ, καὶ ἔθνος ἀναιδὲς προσώπῳ, καὶ ἐκτρίψει σε ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου, ἕως ἂν καθαιρεθῶσι τὰ τείχη σου τὰ ὑψηλὰ καὶ ὀχυρά, ἐν οἷς σὺ πέποιθας ἐπ᾽ αὐτοῖς. καὶ φάγῃ τὰ ἔγγονα τῆς κοιλίας σου, κρέα υἱῶν καὶ θυγατέρων σου, διὰ τὸ μὴ καταλελεῖφθαι ὑμῖν μηδὲν ἐν τῇ στενοχωρίᾳ καὶ θλίψει, ᾗ ἂν θλίψῃ σε ὁ ἐχθρός σου ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου. καὶ ἡ ἁπαλὴ ἐν ὑμῖν καὶ ἡ τρυφερὰ γυνὴ τὸ ἐξελθὸν διὰ τῶν μηρῶν αὐτῆς καὶ τὸ τέκνον ὃ ἂν τέκῃ

proximi sui. ita ergo corruptus, turpissimisque et impiis studiis extreme pollutus a se ipso et deo invisus redditus populus merito et iustissime tandem abiectus atque desertus est. sicut rursum Malachias ait "cecidit Israelus, neque posthac resurget." et Esaias "quis tibi parcet, Israele, aut quis te in pacem reponat? inquit dominus. retro abibis, egoque manu mea extenta perdam te ac dissipabo te, neque te missum faciam. ecce ego vos arripiam ac disrumpam, urbemque vestram quam vobis dedi; et exponam vos ignominiae aeternae ac opprobrio sempiterno, cuius memoria nunquam aboleatur." enimvero extremum illud excidium eiusque horrenda mala, cum magnus ille os dei Moses, tum post eum Ezechielus ac Ieremias vates divini, ita praedixerant, ut facile admodum quilibet, quantumvis rudis, ea de re iudicium facere possit. Mosis haec sunt verba in repetitione legis (Deut. 28) "adducet dominus contra te nationes de longinquo, ab extremis terrae partibus, impetu aquilino, gentem impudentem facie. ea te in omnibus tuis urbibus obsidione urgebit, donec deiiciantur muri tui alti atque validi, quibus tu fretus es. vorabunt foetus ventris tui carnes filiorum et filiarum tuarum, ut nihil de vobis supersit, cum te affliget atque in extremas angustias compellet hostis per omnes tuas urbes. tenera ac delicata mulier de vobis foetum sui uteri, suum ipsius partum occulte

καταφάγεται κρυφῇ διὰ τὴν ἔνδειαν πάντων ἐν τῇ στενοχωρίᾳ
ἐκείνῃ καὶ θλίψει. καὶ ἔσῃ ἐν αἰνίγματι καὶ παραβολῇ καὶ ἐν B
διηγήματι πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἰς οὓς ἂν ἀπαγάγῃ σε κύριος, ἕως
ἂν ἐξολοθρεύσῃ σε· καὶ καταλειφθήσεσθε ἐν ἀριθμῷ βραχεῖς,
ἀνθ' ὧν ὅτι ἦτε ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ οὐκ
εἰσηκούσατε τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν. καὶ ἔσται ὃν
τρόπον εὐφράνθη κύριος ἐφ' ὑμῖν, ἐξολοθρεῦσαι ὑμᾶς, καὶ
ἐξαρθήσεσθε ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς γῆς ἐκείνης, καὶ διασπερεῖ σε κύ-
ριος ὁ θεός σου εἰς πάντα τὰ ἔθνη ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς καὶ ἕως
ἄκρου τῆς γῆς. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις οὐκ ἀναπαύσει
σε, οὐδὲ μὴ γένηται στάσις τῷ ἴχνει τῶν ποδῶν σου. καὶ δώσει
σοι κύριος ὁ θεὸς ἐκεῖ καρδίαν ἀθυμοῦσαν καὶ ἐκλείποντας
ὀφθαλμοὺς καὶ τηκομένην ψυχήν, καὶ φοβηθήσῃ ἡμέρας καὶ
νυκτός. καὶ ἐρεῖς τὸ πρωῒ ἀπὸ τοῦ φόβου τῆς καρδίας σου,
πῶς ἂν γένοιτο ἑσπέρα; καὶ τὸ ἑσπέρας ἐρεῖς, πῶς ἂν γένοιτο τὸ C
πρωΐ;" ὁ δέ γε Ἰεζεχιὴλ ἔφη "τάδε λέγει Ἀδωναῒ κύριος. ἰδοὺ
ἐγὼ ἐπὶ σέ, Ἱερουσαλήμ, καὶ ποιήσω ἐν μέσῳ σου κρῖμα ἐνώπιον
τῶν ἐθνῶν, καὶ ποιήσω ἐν σοὶ ἃ οὐ πεποίηκα, καὶ οὐ μὴ ποιήσω
ὅμοια αὐτῶν. ἔτι διὰ τὰ βδελύγματά σου πάντα, διὰ τοῦτο πα-
τέρες φάγωνται τέκνα αὐτῶν ἐν μέσῳ σου, καὶ πατέρας φάγωνται
τέκνα αὐτῶν. καὶ ποιήσω ἐν σοὶ κρίματα, καὶ διασπερῶ πάντας
τοὺς καταλοίπους εἰς πάντα ἄνεμον, ἀνθ' ὧν τὰ ἅγιά μου ἐμίανας
ἐν πᾶσι τοῖς προσοχθίσμασί σου. κἀγὼ ἀπώσομαί σε, καὶ οὐ
μὴ ἐλεήσω σε ἔτι. τὸ τέταρτόν σου ἐν θανάτῳ ἀναλωθήσεται,

comedet: tanta erit omnium rerum penuria istis in calamitatibus. eris autem proverbii loco, et fabula inter populos omnes, ad quos deus te exsulatum mittet, donec te prorsus exscindat. et qui ante numero stellas caeli aequabatis, perexiguo numero supereritis. haec vobis evenient, quia non paruistis voci domini dei vestri. et quemadmodum ante laetitiae domino fuistis, ita vos tum pessumdabit, atque ex bona hac terra sublatos disperget per omnes populos ab uno termino terrae usque ad alterum. quin et apud illas gentes nullam tibi concedet requietem, neque patietur te vestigium pedis firmare. dabit tibi deus ibi cor moestum, oculos deficientes animamque dolore tabescentem. eris in metu dies noctesque. mane prae timore cordis optabis vesperam, et vesperi diluculum." Ezechieli haec sunt (cap. 5 et 12): "ita loquitur dominus deus. en o Ierusalem, ego te aggrediar, inque medio tui coram gentibus te condemnabo. ea in te statuam quae neque ante in quenquam statui neque postmodo statuam; idque propter summam tuae impietatis. patres a liberis et liberi a parentibus comedentur in medio tui. ulciscar te, et superstites omnes dispergam in omnes mundi plagas, ideo quod praeter reliqua quibus me offendisti, templum quoque meum polluisti. itaque te repellam a me, neque omnino miserebor tui. quadrans tui peste absumetur, et quadrans in medio tui in conspectu

καὶ τὸ τέταρτόν σου ἐν λιμῷ συντελεσθήσεται ἐνώπιόν σου, ἐν
μέσῳ σου, καὶ τὸ τέταρτόν σου ἐν ῥομφαίᾳ πεσεῖται κύκλῳ σου,
D καὶ τὸ τέταρτόν σου εἰς πάντα ἄνεμον διασκορπιῶ. καὶ ὁ μὲν
πόλεμος καὶ ἡ ῥομφαία ἔξωθεν, ὁ δὲ λιμὸς καὶ ὁ θάνατος ἔσωθεν
ὀλοθρεύσει. οἱ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀνασωζόμενοι ἀναλαλωθήσονται.
καὶ ὑπολείψομαι ἐξ αὐτῶν ἐκ ῥομφαίας καὶ λιμοῦ καὶ θανάτου,
ὅπως ἂν ἐκδιηγῶνται τὰς ἀνομίας αὐτῶν πάσας ἐν τοῖς ἔθνεσι,
καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ τύπτων." διὰ δὴ τοῦτό φησι
καὶ ὁ ἱερὸς Χρυσόστομος "οὐκ ἀναιρεῖ πάντας ἄρδην, ἀλλὰ σκορ-
πίζει. τοῦτο γὰρ προϋπεμφαίνων ὁ θεῖος Δαβὶδ ἔλεγε πρὸς αὐ-
τόν 'μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς,' ἤτοι πάντας, 'ἀλλὰ διασκόρπισον,'
ἐξ αὐτῶν δήπουθεν, 'ἐν τῇ δυνάμει σου.' περὶ δέ γε τῆς δευ-
P 225 τέρας αὐτοῦ ἐλεύσεως καὶ φανερώσεως καὶ πολλῆς καὶ ἀπαραμυ-
θήτου θλίψεως αὐτῶν εἶπε Ζαχαρίας 'τότε ἥξει κύριος ὁ θεὸς
ἡμῶν, καὶ ἔσται κοπετὸς μέγας ἐν Ἱερουσαλήμ. ὄψονται γὰρ εἰς
ὃν ἐξεκέντησαν.' ἀλλ' εἰς ὃν ἐξεκέντησαν; τί δέ ἐστι τὸ εἰς ὅν;
σταυρὸς ἦν εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. πρὸ γὰρ τῆς φοβερᾶς παρουσίας
τοῦ κυρίου, καθάπερ βασιλικὸν σημεῖον, τὸ λεγόμενον σίγνον
κατὰ κοινὴν συνήθειαν προτρέχει τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ὑπὸ
τῶν ἀγγέλων δοξαζόμενον καὶ προευαγγελιζόμενον. καὶ φανήσεται
ὁ σταυρὸς ἀπὸ τῆς γῆς ἀποκρύπτων τὸν ἥλιον καὶ ἀμβλύνων τὴν
σελήνην, ὥς φησιν ὁ κύριος 'τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ
τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ.' καὶ ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥῆμα Ζαχαρίου,
B τὴν λέξιν αὐτὴν μετήγαγεν ὁ Χριστὸς λαβὼν εἰς ἀλήθειαν, λέγων

tuo fame peribit; quadrans circum te gladio cadet, et quadrantem in omnes terrarum plagas disiiciam. foris bellum et gladius vastabit, intus fames et pestis perdet. qui ea fugient, ii captivi ducentur: ii quos non absumet gladius fames et pestis, ut in omnibus nationibus sua omnia peccata narrent, intelligantque me esse dominum qui percutio." propterea etiam beatus Chrysostomus dicit: non omnes internecione abolet, sed quosdam dispergit. id enim divinus Davidus iam ante innuens ita deum alloquitur (Psalm. 58) "non interfice eos" (nimirum universos) "sed quosdam eorum dissipa" scilicet virtute tua. iam de secundo adventu domini ac patefactione et Iudaeorum gravi et insanabili calamitate Zacharias vaticinatus ita est (Zach. 12) "tunc veniet dominus deus noster, magnusque erit eiulatus Hierosolymae. cernent enim quem compunxerint." at quem compunxerunt? crux fuit quam compunxerunt. nam ante domini terribilem adventum, quomodo signum praeferri regi assolet, ita tunc quoque signum ei praecedet, et ab angelis praedicabitur atque laudabitur. apparebit enim crux a terra solem occultans et lunam obscurans, ut dominus his verbis praedixit "tunc in caelo conspicietur signum filii dei." utque verbum Zachariae impleatur, ipsis vocabulis eis dominus usus est ad confirmandam veritatem dicens "et

"τότε ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν." ὁ δέ γε Ἱερεμίας ὁμοίως φάσκει "τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς Ἰσραήλ. ἰδοὺ ἐπάγω ἐγὼ ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον κακά, ὥστε παντὸς ἀκούοντος αὐτὰ ἠχήσει ἀμφότερα τὰ ὦτα αὐτοῦ, ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπόν με καὶ ἀπηλλοτρίωσαν τὸν τόπον τοῦτον. καὶ σφάξω τὴν βουλὴν Ἰούδα καὶ τὴν βουλὴν Ἰσραὴλ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ καταβαλῶ αὐτοὺς ἐν τῇ μαχαίρᾳ ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. καὶ δώσω τοὺς νεκροὺς αὐτῶν εἰς βρῶσιν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. καὶ τάξω τὴν πόλιν ταύτην εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς συριγμὸν αἰώνιον, ἵνα πάντες οἱ διαπορευόμενοι δι' αὐτῆς ἐκστήσωνται καὶ σκυθρω- C πάσωσι καὶ κινήσωσι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἐπὶ πάσης τῆς πληγῆς αὐτῶν. καὶ ὡς ἄνεμον καὶ καύσωνα διασπερῶ αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ δείξω αὐτοῖς ἡμέραν ἀπωλείας. καὶ ἔδονται τὰς σάρκας τῶν υἱῶν αὐτῶν καὶ τῶν θυγατέρων, καὶ ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἔδεται ἐν τῇ περιοχῇ καὶ ἐν τῇ πολιορκίᾳ ᾗ πολιορκήσουσιν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν. καὶ συντρίψω τὸν λαὸν τοῦτον καὶ τὴν πόλιν ταύτην, καθὼς συντρίβεται ἄγγος ὀστράκινον, ὃ οὐ δυνήσεται ἰαθῆναι ἔτι. οὕτω ποιήσω, λέγει κύριος, τῷ τόπῳ τούτῳ καὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ, τοῦ δοθῆναι τὴν πόλιν ταύτην ὡς τὴν διαπίπτουσαν, καὶ δώσω αὐτὴν εἰς διασκορπισμὸν πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς, καὶ ἔσονται εἰς ὀνειδισμὸν καὶ εἰς παραβολὴν καὶ εἰς μῖσος καὶ εἰς D κατάραν ἐν παντὶ τόπῳ οὗ ἐὰν ἐξώσω αὐτοὺς ἐκεῖ." τί οὖν λοιπὸν τῶν θείων ῥημάτων τούτων ἐκφαντικώτερον ἢ ἀληθέστερον γένοιτ' ἄν; ὅρα οὖν, ἀνόητε καὶ ἀλόγιστε Ἰουδαῖε, εἰ μὴ πεπλή-

videbunt quem compunxerint." similiter et Ieremias loquitur (cap. 19) "haec ait dominus deus Israeli. ecce immittam huic loco res adversas, adeo ut quicunque de iis inaudierit, eius aures tinniant; idque ideo, quia me deseruerunt ac locum hunc abalienarunt. iugulabo senatum Iudae et senatum Israelicum hoc loco, sternamque eos gladio ante hostes suos, et cadavera ipsorum aëreis avibus atque terrestribus bestiis devoranda exponam. efficiam ut urbs haec aboleatur, sitque ludibrio in perpetuum. quicunque ea praeteribunt, obstupescent frontemque corrugabunt et caput movebunt memoria calamitatis illorum. dispergam eos coram hostibus suis instar venti aut aestus aëris; atque mactabo illos exitio. edent suorum filiorum filiarumque carnes, ac proximi quisque sui tempore obsidionis qua ab hostibus prementur. ita conteram populum hunc urbemque hanc, ut vas testaceum conteritur, quod refici non potest. sic, inquit dominus, agam cum urbe hac et eius habitatoribus, ut urbs haec exscindatur et populus dissipetur per omnia regna. erunt opprobrio et loco adagii, omnium odiis et execrationibus obnoxii, quocunque locorum eos expellam." et quid his divinis sermonibus apertius potest aut verius fieri? proinde tu, fatue et rationis inops Iudaee,

ριωνται ταῦτα πάντα ἀπαραλείπτως κατὰ τὰς ἱερὰς προρρήσεις εἰς ὑμᾶς. καὶ μέντοι καὶ τὰ ὑπὸ Χριστοῦ προκατηγγελμένα καὶ προηπειλημένα. φησὶ γὰρ περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ ναοῦ "οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθου." ἆρα μεμένηκεν; οὐδαμῶς. καὶ "ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος." ἆρα οὐκ ἠρήμωται; καὶ σφόδρα γε. καὶ "ἔσται θλῖψις οἵα οὐ γέγονεν." ἆρα οὐκ P 226 ἐγένετο; ἀνάγνωθι τὴν ἱστορίαν Ἰωσήπου, ἀνδρὸς Ἰουδαίου καὶ φιλαλήθους· καὶ οὐδὲ ἀναπνεῦσαι λοιπὸν δυνήσῃ, ἀκούων μόνον ἅπερ ἔπαθον οἱ ἄθλιοι τηνικαῦτα Ἰουδαῖοι διὰ τὴν κατὰ Χριστοῦ μανίαν καὶ λύσσαν. ἵνα γὰρ μηδεὶς τῶν Ἰουδαίων ἀπιστήσῃ, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ὁμόπιστον καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ ἐλεεινὰ ἐκεῖνα καὶ δυσεξήγητα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη. τοιαύτην γὰρ θεήλατον ὑπέστησαν ἅλωσιν οἵαν οὐδ' ὁ σύμπας οἶδε χρόνος, ἀφ' οὗ γέγονεν ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρωπος. καὶ εἰκότως· ἕως μὲν γὰρ εἰς τοὺς ὁμοδούλους ἡμάρτανον, συγγνώμης ἐτύγχανον, ἡνίκα δὲ εἰς τὸν καινὸν δεσπότην ἐξήμαρτον, ἀσυγγνώστως ἐκολάσθησαν. ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς αὐτοῖς πε-
B ποίηκε ταῦτα, ἄκουσον αὐτοῦ πάλιν καὶ διὰ παραβολῆς φάσκοντος "τοὺς δὲ μὴ βουληθέντας με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς ἀγάγετε ὧδε καὶ κατασφάξατε." διὸ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν "ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς." καὶ πρὸς μὲν τὴν Ἱερουσαλὴμ φησὶν "ἥξουσιν

vide an non divinae istae praedictiones, nulla re omissa, omnes impletae sint vestris calamitatibus; atque adeo etiam ea quae Christus praedixit? nam is de Hierosolyma et templo quod in ea fuit, pronuntiavit lapidem lapidi iunctum non relictum iri. idque ita evenisse tu negabis? non puto. item "ecce domus vestra deserta manebit." nonne deserta est? et quidem prorsus. "erunt aerumnae, quales ante non fuerunt." aisne eas non fuisse? lege historiam a Iosepho conscriptam, homine Iudaeo, sed veritatis studioso: non poteris respirare, tantum auditis iis quae miseri Iudaei tunc sunt perpessi ob rabidum furorem quo in Christum desaevierant. quippe, ne quis Iudaeorum in dubium istas res vocaret, non alienigenam aliquem, sed popularem et eiusdem cum Iudaeis religionis eiusque summopere studiosum subornavit veritas, qui miserandas istas enarratuque difficiles calamitates tragice describeret. tantum enim iis divinitus excidium est inflictum, quantum ab hominum memoria nullum unquam fuit. idque merito. quamdiu enim in conservos suos deliquerunt, condonata eis culpa est: ut vero communem omnium dominum impetierunt, sine ulla venia supplicio addicti sunt. id autem a Christo ipsis fuisse illatum intelliges ex parabola ab ipso proposita (Luc. 19): "eos" inquit, "qui me suum regem esse noluerunt, huc adductos interficite." atque iccirco iis dixit (Matth. 21) "adimetur vobis regnum, dabiturque genti fructus suos reddendi." urbem quoque ita alloquitur (Luc. 21) "tempus erit cum te hostes tui vallo et obsi-

ἐπί σε ἡμέραι, καὶ περιβαλοῦσί σοι οἱ ἐχθροί σου χάρακα, καὶ
περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν, καὶ ἐδαφιοῦσι
τὰ τέκνα σου ἐν σοί·" πρὸς δὲ τοὺς ἀπειθεῖς Ἰουδαίους ἐπάγει
λέγων "ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος." ὅπερ οὖν καὶ ὁ θεῖος
Δανιὴλ προδηλῶν λέγει "καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ
σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ" τουτέστιν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ πάν- C
των Ἰουδαίων τὰ σεμνὰ καὶ περίβλεπτα ἀνατρέψει. ἀλλὰ καὶ ὁ
υἱὸς ὁ Χριστός, ὁ παρ' αὐτῶν ὡς λυτρωτὴς προσδοκώμενος καὶ
σωτήρ. οὐ γὰρ εἶπε "διαφθαρήσεται ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς σὺν τῷ
ἡγουμένῳ," καθὼς ἀλόγως οἴονταί τινες, ἀλλὰ "διαφθερεῖ ὁ
πατὴρ τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν," συμπράττοντος δηλονότι καὶ τοῦ
παροινηθέντος ὑπ' αὐτῶν ἡγουμένου. περὶ οὗ φησὶν ὁ Ἰακὼβ
πρὸς τὴν Βηθλεέμ "ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ἡγούμενος" καὶ τὰ ἑξῆς.
καὶ μέντοι καὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους οὕτω διηγόρευεν "ὅταν ἴδητε
τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων
νοείτω." ὃ δὴ καὶ πεπλήρωται, πρῶτον μὲν κατὰ καιρὸν τῆς D
ἁλώσεως καὶ ἐρημώσεως εἴς τε τὸ Ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον, εἰσελ-
θὸν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ τὴν πόλιν ἑλὸν κατὰ τὴν ἐρήμωσιν, ὥς τινες
τὸ ῥηθὲν βδέλυγμα οὕτως ἐξειλήφασιν· ἀποτρόπαιοι γὰρ καὶ
βδελυκτοὶ κατὰ τὸν νόμον ὑπάρχοντες εἰκότως προείρηνται
βδέλυγμα ἐρημώσεως. ἔπειτα δὲ καὶ εἰς ὅπερ ἔστησεν Ἀδριανὸς
ὁ βασιλεὺς εἴδωλον αὐτοῦ καὶ τὴν πόλιν τέλεον ἠρήμωσεν. ὁ δὴ
Θεοδώρητος αὖθίς φησιν εἰς τὸν Δανιὴλ "ἀρθήσεται θυσία καὶ
σπονδὴ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα

dione cingent et undequaque prement, liberosque tuos intra te solo allident." incredulis quoque Iudaeis dixit "ecce relinquitur domus vestra deserta." id quod etiam Danielus praedixit (Dan. 9): "urbem" inquit "et aedem sacram perdet cum principe venturo." hoc est, deus pater omnia quae Iudaei magnifica atque praeclara habent, evertet; et cum eo filius Christus, quem illi servatorem liberatoremque exspectabant. non enim dixit, exscindetur urbs et templum cum ductore, sicuti quidam absurde opinantur: sed hoc vult, exscindet pater templum ac urbem, una operante nimirum eo ductore quem Iudaei contumeliis affecerant. de quo ductore Iacobus Bethlehemam affatur (Mich. 5) "ex te egredietur ductor" etc. ac discipulis quoque suis Christus ita mandavit "cum videbitis abominandum vastitatis signum stare in loco sancto, tunc is qui legit animadvertat." id sane impletum est. primum quidem tempore excidii Romanus exercitus ingressus in aedem dei est, cum urbs caperetur et vastaretur. atque ideo quidam de eo signum vastitatis accipiunt: quippe milites isti cum sint profani ac scelesti, recte in vaticinio abominabile vastitatis signum dicuntur. deinde potest accipi de statua quam sibi Adrianus imperator posuit, urbemque prorsus devastavit. rursus Theodoretus Danielicum oraculum exponens, "abolebitur sacrificium et libatio medio septimanae, et in templo sta-

ἐρημώσεως, συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν," εἰκόνες
P 227 τινὲς τοῦ Καίσαρος, ἀπηγορευμέναι τῷ νόμῳ, εἰς τὸν ναὸν εἰσκομιζόμεναι παρὰ τοῦ Πιλάτου. καὶ ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ Ἰουδαῖοι πάλιν ἀπολήψεσθαι τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν, ἐπήγαγεν ὁ προφήτης "καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν." ἕως γάρ φησι τῆς τοῦ κόσμου συντελείας ἡ τῆς ἐρημώσεως συντέλεια μένει, μεταβολὴν οὐ δεχομένη. τοῦτο καὶ Δαβὶδ ἔφη "ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι· καὶ γνώσονται ὅτι ὁ θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακὼβ καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς." περὶ ταύτης γὰρ τῆς ἐσχάτης αἰχμαλωσίας τῶν ταλαιπώρων Ἰουδαίων καὶ ἡ θεολόγος ἔφη γλῶττα· φησὶ γὰρ "τοῦ σταυροῦ πρὸς τὴν ἐσχάτην αὐτοὺς ἐλαύνοντος ἀπόνοιαν,
B ἣν κατὰ τοῦ σωτῆρος καὶ θεοῦ ὑμῶν ἐπενοήθησαν, τὸν ἐν ἀνθρώπῳ θεὸν ἀγνοήσαντες, καὶ τὴν ῥάβδον τὴν σιδηρᾶν πόρρωθεν ἀπειλουμένην αὐτοῖς ἐφ' ἑαυτοὺς εἵλκυσαν, τὴν νῦν ἐπικρατοῦσαν ἀρχὴν λέγω καὶ βασιλείαν, καὶ τὴν τελευταίαν αὐτῶν ἀπαγωγὴν καὶ μετανάστασιν, καὶ τὸν νῦν ἐπικείμενον αὐτοῖς τῆς δουλείας ζυγόν, καὶ τὴν περιβόητον ὑπὸ Ῥωμαίοις ταπείνωσιν καὶ διασποράν, ἥν τε νῦν ἔχουσι καὶ ἣν ἐπὶ πλεῖστον ἕξουσι. πείθομαι γὰρ ταῖς περὶ αὐτῶν προρρήσεσι· τίς θρηνήσει πρὸς ἀξίαν τῶν θρήνους γράφειν εἰδότων καὶ λόγους ἐξισοῦν πάθεσι; ποῖαι βίβλοι ταῦτα χωροῦσι; μία στήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκου-
C μένη πᾶσα, καθ' ἣν ἐσπάρησαν, καὶ ἡ λατρεία πεπαυμένη, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος μόλις γινωσκόμενον." ὁ οὖν

tuetur abominandum vastitatis signum, ac vastitas consummabit," imagines, inquit, quaedam Caesaris, quibus lege divina erat interdictum, in templum a Pilato illatae sunt. ac ne existiment Iudaei se aedem urbem regnumque recepturos, ait vates vastitatis fore perfectionem usque ad finem saeculi, ostendens vastitatem extremam sine ulla mutatione usque ad finem mundi permansuram. quod et Davidus indicavit (Psalm. 58): "in ira" inquit "consummationis, et non erunt amplius: atque cognoscent dominum Iacobo et terminis terrae imperare." de hac extrema miserorum Iudaeorum in servitutem abactione etiam theologus sic loquitur: cruce eos ad extremam adigente vaesaniam, qua adversus servatorem deumque nostrum usi sunt, deum humana amictum natura ignorantes, sceptrum ferreum eminus ipsis minans contra se acciverunt. de nunc obtinente imperio loquor, et Iudaeorum extremo exsilio, eorumque hodierna servitute ac dissipatione, qua a Romanis oppressi sunt. quam et duraturam diutissime oraculis divinis credimus. quisnam eorum qui lamentationes scribere norunt et miserias verbis aequare, istorum satis deploret fortunam? qui libri ista capiant? totus orbis terrarum in quem dispersi sunt, iis pro columna est in qua eorum calamitas incidatur; tum abolitus cultus, et solum urbis cognitu

Ἰώσηπος ἐν Ἱερουσαλὴμ παρὼν τῷ πολέμῳ συνέγραψε μυριάδας τ' ἀπολεσθῆναι τῶν Ἰουδαίων. περὶ δὲ τούτων ἐν τῇ τοῦ Νέρωνος βασιλείᾳ ἐξηγησάμεθα.

Ὁ δέ γε θεῖος Χρυσόστομος τὴν τούτων ἄνοιαν διελέγχων πρὸς πλείοσιν ἄλλοις καὶ ταῦτα φάσκει. "εἰ δὲ φιλονεικεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, περὶ τοῦ τέλους, ἀπὸ τῶν φθασάντων μάνθανε καὶ τὰ παρόντα. σκόπει γάρ. κατέβης εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ἐγένοντο ἔτη υ', καὶ ταχέως σε τῆς δουλείας ἐκείνης ὁ θεὸς ἀπήλλαξε, καίπερ ἀσεβοῦντα καὶ πορνεύοντα πορνείαν τὴν χαλεπωτάτην. ἀπηλλάγης Αἰγύπτου καὶ προσεκύνησας μόσχῳ, ἔθυσας τοὺς D
υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας σου τῷ Βεελφεγὼρ καὶ τοῖς δαιμονίοις, τὸν ναὸν ἐμόλυνας, τὴν φύσιν ἠγνόησας. τὰ ὄρη, τὰς νάπας, τοὺς βουνούς, τὰς πηγάς, τοὺς ποταμούς, τοὺς κήπους τῶν μυσαρῶν θυσιῶν ἐπλήρωσας. προφήτας ἔσφαξας, θυσιαστήρια κατέσκαψας, πᾶν εἶδος κακίας ἐπῆλθες καὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἐπεδείξω πονηρίας καὶ ἀσεβείας. ἀλλ' ὅμως ἑβδομήκοντα ἔτη σε παραδοὺς Βαβυλωνίοις πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανήγαγεν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν πατρίδα καὶ τὸν ναὸν ἀπέδωκε καὶ τὸ πάλαι τῆς προφητείας χάρισμα, καὶ πάλιν προφῆται καὶ πνεύματος ἁγίου χάρις. μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας ἐγκατελείφθης, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιήλ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἱερεμίας, καὶ μέντοι καὶ πρὸ τούτων Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ μετ' ἐκεῖνα πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανῆλθες κα- P 228
κίαν, καὶ ἐξεβακχεύθης, καὶ πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν μετετάξω πο-

difficile. Iosephus quidem, qui ibi bello interfuit, ter 1000000 Iudaeorum periisse scribit. de his plenius in Neronis imperio rettulimus.

Beatus porro Chrysostomus Iudaeorum vaecordiam redarguens inter multa alia etiam haec habet. quodsi, Iudaee, de fine rixaris, ex praeteritis disce praesentia. sic enim considera. descendisti in Aegyptum: sed id fuit exsilium annorum 400, ac mox ex ista servitute te deus asseruit, quamquam impie viveres et scortatione pessimà te pollueres. ex Aegypto eductus vitulum adoravisti, filios tuos filiasque Beelphegori et daemonibus immolasti, templum polluisti, naturam pervertisti, abominandis sacrificiis montes lucos colles fontes flumina hortos opplevisti, vates trucidasti, aras destruxisti, omne improbitatis genus exercuisti, neque quicquam tibi malitiae atque impietatis reliquum fecisti. et tamen per annos 70 Babyloniis subiectus, rursum deinde es restitutus libertati, tibique patria et templum reddita sunt et pristinum vaticinii donum, rursusque vates habuisti et spiritus sancti gratiam. imo vero ne captivus quidem dum esses, iis destitutus es: nam et ibi Danielus ac Ezechielus, et in Aegypto Ieremias, atque ante illa tempora Moses atque Aaron in solitudine. secundum haec ad usitatam tibi improbitatem tete rettulisti, bacchatusque impio furore Graecam religionem ample-

λιτείαν ἐπὶ τοῦ ἀσεβοῦς Ἀντιόχου. ἀλλά γε καὶ τότε παραδοθέντες Ἀντιόχῳ ἔτη τρία, τὰ λαμπρὰ διὰ τῶν Μακκαβαίων αὖθις ἐστήσατε τρόπαια. ἀλλὰ νῦν τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν γέγονεν. ὃ καὶ μάλιστα ἔστι θαυμάσαι, ὅτι τὰ μὲν τῆς κακίας ἔληξε, τὰ δὲ τῆς τιμωρίας ἐπιτέταται καὶ οὐδ' ἐλπίδα τινὰ μεταβολῆς ἔχει. οὐ γὰρ ο' ἔτη παρῆλθε μόνον ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα, καὶ οὐδὲ ἐλπίδος σκιὰν ἔστιν εὑρεῖν, καὶ ταῦτα οὐδὲ εἰδωλολατρούντων ὑμῶν, οὔτε ἄλλο τι ποιούντων ἅπερ ἔμπροσθεν ἐτολμᾶτε."

B Ἵνα δὲ σαφέστερον καὶ διεξοδικώτερον τὰ περὶ τούτων εἴπωμεν, ἄνωθεν πάλιν ἀρξώμεθα. τρεῖς δουλείας ὑπέστησαν οἱ Ἰουδαῖοι χαλεπωτάτας, καὶ οὐδὲ μίαν χωρὶς προρρήσεως αὐτοῖς ἐπήγαγεν ἡ θεία δίκη, ἀλλὰ προλεχθῆναι παρεσκεύασεν αὐτοῖς καὶ τόπον καὶ χρόνον καὶ τρόπον καὶ κάκωσιν καὶ τὴν ἐπάνοδον καὶ τἄλλα πάντα μετὰ πολλῆς ἀκριβείας. καὶ περὶ μὲν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ πρώτης διαλεγόμενος ὁ θεὸς οὕτως ἔφη τῷ Ἀβραάμ "γινώσκων γνῶθι ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια, τετάρτῃ δὲ γενεᾷ ἐλεύσονται ὧδε." περὶ δὲ τῆς δευτέρας εἶπεν
C Ἱερεμίας "οὕτως εἶπε κύριος. ὅταν μέλλῃ πληροῦσθαι τῇ Βαβυλῶνι ο' ἔτη, ἐπισκέψομαι ὑμᾶς, καὶ ἐπιστήσω ἐφ' ὑμᾶς τοὺς ἀγαθοὺς λόγους μου τοῦ ἀποστρέψαι εἰς τὸν τόπον ὑμῶν, καὶ ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν ὑμῶν, καὶ ἀθροίσω ὑμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν πάντων καὶ ἐκ τῶν τόπων ὑμῶν πάντων, οὗ διέσπειρα ὑμᾶς ἐκεῖ, φησὶ κύριος. καὶ ἐπιστρέψω ὑμᾶς εἰς τὸν τόπον ὅθεν

xus es, Antiecho impio regnante. atque huic tum triennium dediti, mox Maccabaeorum opera rursum praeclara statuistis tropaea. nunc nihil tale, sed prorsus omnia contraria fiunt; quod maxime mirandum est. nam et flagitiorum minus est et plus poenarum, neque ulla mutationis spes. neque enim 70 tantum anni elapsi sunt, sed multo plures; neque vel umbram spei licet invenire, et quidem neque simulacrorum cultu id vobis merentibus, ut olim, neque aliis solitis facinoribus.

Ut autem apertius atque plenius ista enarremus, altius paulo res repetenda est. ter in servitutem acti sunt Iudaei, nunquam non praedictam: nam divina iustitia iis et tempus et locum et modum et afflictionem et reditum aliaque omnia accuratissime praedici curavit. de prima seu Aegyptiaca deus Abrahamum ita praemonuit (Gen. 15) "hoc certo scias, progeniem tuam in peregrino solo inquilinam fore, servitutoque pressum et afflictam iri annos 400. seculo quarto huc redibunt." de secunda Ieremias ita vaticinatus fuerat (cap. 29) "sic fatur dominus. exactis Babylone 70 annis vos invisam, ac laeta mea promissa implebo. reducam vos in patriam servitute liberatos, colligamque vos ex omnibus populis et locis quo vos disieceram, inquit dominus.

ἀπῴκισα ὑμᾶς ἐκεῖθεν." δύο μὲν τοιαύτας δουλείας ὁ λόγος διὰ
συντόμου ἀπέδειξε, μετὰ προφητείας ἐπελθούσας αὐτοῖς, καὶ
οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀπροσδοκήτως. λείπεται οὖν δὴ λοιπὸν τὴν τρί-
την ἐπαφηγεῖν. εἶτα καὶ περὶ τῆς νῦν τετάρτης κατεχούσης αὐ-
τοὺς εἰπεῖν δεῖ, καὶ δεῖξαι σαφῶς ὅπως οὐδὲ εἷς προφήτης ἐπηγ-
γείλατο λύσιν ἔσεσθαί τινα τῶν κατεχόντων αὐτοὺς κακῶν οὔτε D
μὴν ἀπαλλαγὴν τὸ σύνολον.

Τίς οὖν ἐστὶν ἡ τρίτη; ἡ ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς.
ἐπειδὴ γὰρ Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Δαρεῖον καθε-
λὼν εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν ἀρχήν, τελευτήσαντος τούτου πολ-
λοὶ μετ' ἐκεῖνον ἐγένοντο βασιλεῖς, ἀφ' ὧν εἷς καὶ οὗτος ὁ Ἀντίο-
χος μετὰ πολὺν ὕστερον χρόνον τό τε ἱερὸν ἐνέπρησε, τά τε ἅγια
τῶν ἁγίων ἠρήμωσε, τάς τε θυσίας καθεῖλε, τούς τε Ἰουδαίους
ὑπέταξε, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν κατέλυσε πᾶσαν. καὶ ταῦτα
πάντα μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης καὶ μέχρι μιᾶς ἡμέρας προηγόρευτο
παρὰ τοῦ Δανιήλ, καὶ πότε ἔσται καὶ πῶς καὶ παρὰ τίνι καὶ τίνι
τρόπῳ, καὶ ποῦ τελευτήσει, καὶ τίνα λήψεται μεταβολήν. εἴ- P 229
σεσθε σαφέστερον αὐτῆς ἀκούσαντες τῆς ὁράσεως, ἃ διὰ παρα-
βολῆς ὑμῖν ὁ προφήτης ἀνήγγειλε. κριὸν μὲν καλεῖ τὸν τῶν Περ-
σῶν βασιλέα Δαρεῖον, τράγον δὲ τὸν τῶν Ἑλλήνων Ἀλέξανδρον,
βασιλέα τῶν Μακεδόνων. τέσσαρα δὴ κέρατα λέγει τοὺς μετ'
ἐκεῖνον ἀναστάντας, ἀφ' ὧν ὕστερον κέρας αὐτὸς ὁ Ἀντίοχος ἔφυ.
φησὶ γάρ "εἶδον ἐν ὁράματι, καὶ ἰδοὺ κριὸς ἑστηκώς, καὶ αὐτῷ
κέρατα ὑψηλά, καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου. καὶ τὸ ὑψη-

ac restituam vos eo unde vos abduxi." haec ergo duo exsilia compendio sunt explicata; atque iuxta ea oracula evenerunt ipsis neque gravia adeo neque insperata. restat ut tertiam referamus calamitatem eorum, ac deinde de quarta dicamus, in qua hodieque sunt; demonstremusque aperte neminem vatum iis malorum vel mitigationem, nedum finem promisisse.

Quae ergo est tertia? in quam ab Antiocho Epiphane sunt con iecti. mortuo enim Alexandro Macedonum rege, eo qui Dario victo rerum summam ad se transtulerat, multi postea reges exstiterunt. ex quibus ortus etiam Antiochus ille longo post tempore templum combussit, sanctum adytum vastavit, sacrificia abolevit, Iudaeos subegit, eorumque rem publicam evertit. haec omnia exactissime, etiam dierum numero praecise annotato, Danielus praedixit, quando singula, qui, per quem et quo modo essent futura, quem finem, quam mutationem habitura. haec liquidius cognosces, si Danielicam visionem audias exponi. in qua vates per ambages nomine arietis Darium regem Persarum notat, hirci Graecorum Macedonumque regem Alexandrum, 4 cornuum reges qui ei successerunt; de quibus posterius cornu enatum est, Antiochus nimirum. verba eius sunt (cap. 8) "vidi divinitus apparentem visionem. ecce stabat aries cornibus elatis, quorum unum erat altero sublimius,

λὸν ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτων· καὶ εἶδον τὸν κριὸν κερατίζοντα κατὰ
B θάλασσαν καὶ βορρᾶν καὶ νότον, καὶ τὰ θηρία πάντα οὐ στήσεται
ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. καὶ
ἐποίησε κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ καὶ ἐμεγαλύνθη." τὴν δύναμιν
λέγει τὴν Περσικήν, ἣ πᾶσαν ἐπέδραμε τὴν γῆν. εἶτα περὶ τοῦ
Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου διαλεγόμενός φησι "καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν
ἤρχετο ἀπὸ Λιβὸς καὶ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἦν
ἁπτόμενος τῆς γῆς. καὶ τῷ τράγῳ ἐκείνῳ κέρας ἐθεωρεῖτο ἀνὰ
μέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ." εἶτα λέγων τὴν πρὸς Δαρεῖον
προσβολὴν καὶ συμβολὴν αὐτοῦ γενομένην καὶ τὴν κατὰ κράτος
νίκην, "ἦλθε" φησὶν "ὁ τράγος ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα
ἔχοντος, καὶ ἠγριώθη, καὶ ἔπαισε τὸν κριόν, καὶ συνέτριψεν
C ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς
αὐτοῦ." ἔπειτα διηγούμενος τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν καὶ τὴν
τῶν τεσσάρων βασιλέων διαδοχήν, ἐπάγει λέγων "καὶ ἐν τῷ ἰσχῦ-
σαι αὐτὸν συνετρίβη τὸ κέρας τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη κέρατα τέσσαρα
ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ."
ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου βασιλείαν ἐλθών, καὶ δεικνὺς
ὅτι ἐξ ἑνὸς ἐκείνων τῶν τεσσάρων ἐστί, πάλιν φησί "καὶ ἐξῆλθεν
ἐκ τοῦ ἑνὸς ἰσχυρόν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς νότον καὶ
πρὸς ἀνατολήν." καὶ σημαίνων ὅτι τὴν Ἰουδαϊκὴν πολιτείαν
καθελεῖ, φάσκει "καὶ δι' αὐτὸν θυσία ἐταράχθη παραπτώματι,
καὶ ἐγενήθη καὶ κατευωδώθη αὐτό. καὶ τὸ ἅγιον ἐρημωθήσεται,

idque posteriore loco surgebat. vidique eum cornibus ictum edentem adversus mare, aquilonem et austrum; neque ullum animal poterat eum subsistere, neque erat qui ab eo defenderet. itaque suo arbitratu agebat ac magnificus erat." his verbis exprimitur regnum Persicum, cuius potentia orbem terrarum pervagata est. inde loquitur de Alexandro Macedone: "ecce autem hircus caprinus ingruebat a parte qua spirat Africus, super universam terram, neque tamen terram attingebat; conspiciebaturque inter oculos eius cornu exstans." postea conflictum eius cum Dario ac victoriam de eo describens "venit" inquit "hircus iste usque ad cornutum illum arietem, et efferatus eum percussit, amboque eius cornua contrivit, neque erat qui vim eius ab ariete defenderet." inde Alexandri exitum depingens quattuorque regum successionem, haec infert "cum autem hircus magnam esset potentiam adeptus, magnum cornu eius frangitur, atque infra illud erumpunt alia quattuor cornua spectantia ad quattuor plagas mundi." porro ad Antiochi regnum perveniens, illumque monstrans ex uno illorum quattuor cornuum exstitisse, rursum dicit "et exiit de uno illorum cornu validum, ingensque factum est versus meridiem et ortum." tum indicans ab eo Iudaicam rem publicam abolitum iri, addit (cap. 11) "ille peccato sacrificium conturbabit, contraque id rem prospere gessit, ac templum vastabitur, et loco

καὶ γενήσεται περὶ τὴν θυσίαν ἁμαρτία." τοῦ γὰρ βωμοῦ καθαιρεθέντος καὶ τῶν ἁγίων καταπατηθέντων εἴδωλον ἔστησεν ἔνδον, D καὶ θυσίαν ἐπετέλει τοῖς δαίμοσι παρανόμως. ὅθεν φησὶν "ἐρρίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἐποίησε, καὶ εὐωδώθη." εἶτα πάλιν ἐκ δευτέρου τὴν αὐτὴν βασιλείαν Ἀντιόχου ἐπιφανοῦς λέγων καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν ἅλωσιν καὶ τὴν ἐρήμωσιν τοῦ ἱεροῦ, προστίθησι καὶ τὸν χρόνον. ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, αὖθις πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου καὶ τὰ μεταξὺ πάντα διηγησάμενος ὅσα οἱ Πτολεμαῖοι καὶ οἱ Σέλευκοι συρραγέντες ἀλλήλοις ἐποίησαν καὶ οἱ στρατηγοὶ τούτων εἰργάσαντο, τοὺς δόλους τὰς νίκας τὰς στρατείας τὰς μάχας τὰς ναυμαχίας τὰς πεζο- P 230 μαχίας, προϊὼν εἰς Ἀντίοχον τελευτᾷ πάλιν, καὶ φησὶ "βραχίονες ἐξ αὐτοῦ στήσονται, καὶ βεβηλώσουσι τὸ ἁγίασμα, καὶ μεταστήσουσι τὸν ἐνδελεχισμόν," τὰς συνήθεις λέγων θυσίας καὶ καθημερινάς, "καὶ δώσουσιν εἰς αὐτὸν βδέλυγμα, καὶ τοὺς ἀνομοῦντας διαθήκην" τουτέστι τοὺς παραβαίνοντας τῶν Ἰουδαίων "ἀπάξουσιν ἐν ὀλισθήμασι μεθ' ἑαυτῶν καὶ μεταστήσουσι, καὶ λαὸς γινώσκων τὸν θεὸν αὐτοῦ κατισχύσουσι" τὰ ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων λέγων καὶ τὰ ἐπὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος καὶ Ἰωάννου, "καὶ οἱ συνετοὶ λαοῦ συνήσουσιν εἰς πολλά. καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν φλογί" τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως ἐξηγούμενος πάλιν "καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ἐν διαρπαγῇ ἡμερῶν· καὶ ἐν τῷ ἀσθενῆ- B σαι αὐτοὺς βοηθήσονται βοήθειαν μικράν" ἐμφαίνων ὅτι μεταξὺ τῶν κακῶν ἐκείνων δυνήσονται ἀναπνεῦσαι καὶ ἀνενεγκεῖν ἐκ τῶν

desertor, Christianorum beneficentiam imitans, peregrinis et mendicis necessaria suppeditari iussit, simpliciores decipiens. imaginibus suis Iovem Martem et Mercurium reliquosque daemones appingi iussit, de iis qui adorare ea distulissent, supplicium sumi tanquam hostibus imperatoris. congiarium exercitui largiens ignem poni mandavit ac thus, ac adolere milites coegit.

Caesareae Philippi, quae nunc Panais dicitur, mulier quam Christus profluvio sanguinis liberaverat, domino Christo statuam posuerat, sub cuius basi herba enascebatur praesens quorumvis morborum remedium. eius herbae invidia motus Iulianus statuam eam deposuit, ac Iuliani imaginem sculptam istius loco posuit. Christiani statuam servatoris sublatam in templo collocaverunt: Iuliani ignis de caelo missus consumpsit.

Nicopoli Palaestinae, quae et Emmaus dicitur, fons erat omnis generis morbos hominum brutorumque sanans: eo enim fonte ferunt Christum ex itinere pedes abluisse. Hermopoli, quae est urbs Thebaidis, Persica arbor fuit, cuius folium aut cortex cuivis morbo mederetur: eam ferunt arborem sese inclinasse et Christum adorasse in Aegyptum fugientem, eique umbram praebuisse. eum fontem invidia stimulante Iulianus ingesta materia obstruxit, arboremque illam excidit.

μιαρὸς τὴν τοῦ προδρόμου θήκην ἀνοίξας πυρὶ τὰ λείψανα παραδέδωκε καὶ τὴν κόνιν διελίκμησε.

Φασὶ δὲ ὅτι ἐν τῇ κατὰ τὴν Καισάρειαν τῆς Φιλίππου, ἐν τῇ ἀρκτῴᾳ θέσει τῆς φάραγγος, ῥίζαν γίνεσθαι φλογοειδῆ, ἣν D
καλοῦσι βατταρῖτιν, ἀφ᾽ ἧς περὶ τὴν ἑσπέραν ἐξαστράπτον φῶς ἀπροσπέλαστον εἶναι καὶ ἀπρόσιτον παρασκευάζει διὰ τὸ παραχρῆμα τὸν ἐγγίζοντα ἀποθνήσκειν. κυκλόθεν οὖν αὐτῆς περιορύξαντες κύνα δεσμοῦσιν ἐκ τῆς ῥίζης αὐτῆς. ὁ κύων δὲ τοῖς αὐτοῦ δεσπόταις ἕπεσθαι ἱέμενος ἐπὶ πολὺ σύρων ἀνασπᾷ τὴν ῥίζαν. καὶ αὐτὸς μὲν θνήσκει παραυτά, τὴν ῥίζαν δὲ περιάπτοντες τοὺς δαιμονιζομένους θεραπεύουσι. καὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ δέ φασι πόλιν εἶναι πάραλον· ταύτης ἀπὸ σταδίων δύο διαρρεῖ ποταμός. οὗτος ἔχει τόπον ἐν αὐτῷ νησοειδῆ, ὡσεὶ πηχῶν ἑκατὸν τὸ περίμετρον, οὗ ἡ ἀργὴ ψάμμος διὰ τῶν ἀνέμων ἐκφερο- P 306
μένη εἰς ὕελον εὐθὺς μεταποιεῖται· καὶ ταύτης ἀφαιρουμένης πάλιν αὖθις ἀναπληροῦται.

Διερχόμενον δὲ τὸν Ἰουλιανὸν τὴν Χαλκηδόνος πόλιν, Μάρις ὁ ταύτης ἐπίσκοπος πολλὰς ὕβρεις τῷ Ἰουλιανῷ εἰς τὸν τῆς Τύχης ναὸν θύοντι κατὰ πρόσωπον ἐπήγαγε, παραβάτην ἀποκαλῶν καὶ ἀλάστορα καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης ἀλλότριον. ὁ δὲ ἅτε φιλόσοφον προσποιούμενος ἑνὶ τὸν Μάριν ὠνείδισε λόγῳ, "ἄπελθε" λέγων, "ταλαίπωρε, καὶ ἀποθρήνει τὴν σαυτοῦ τύφλωσιν· οὐδὲ γὰρ ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ προσκυνεῖς, τοῦ πάθους ἰάσατο." ἦν γὰρ ὁ Μάρις ἐπίχυσιν πεπονθώς. ὁ δέ φησι πρὸς τὸν παραβάτην B

idem aperto praecursoris Christi monimento reliquias eius cremavit cineresque dissipavit.

Aiunt in vallis quae ad Caesaream Philippi est septentrionali parte flammeam quandam radicem nasci, Battaritidem nomine, a qua sub vesperam effulgens lumen inaccessam eam reddat: quodsi quid accedat, id statim moriatur. circa eam radicem in orbem terram effodiunt, ac radici canem alligant, qui dum dominos suos sequi cupit, eam evellit atque ipse illico moritur. ceterum ea radice appensa eos sanant qui a daemonibus vexantur. in Galilaea etiam ferunt urbem quandam esse maritimam, a qua stadiis duobus praeterfluat amnis, in quo sit insula quaedam ambitu cubitorum circiter centum, cuius alba arena ventis egesta statim in vitrum mutetur, atque arena sublata locus confestim alia expleatur.

Iuliano Chalcedonem transeunti atque in fano Fortunae sacrificanti Maris eius loci episcopus in faciem convicia permulta fecit, desertorem appellans et furiam et gloriae dei alienum. sed Iulianus, ut qui philosophum prae se ferret, uno hoc dicto Marim ultus est, "abi" inquiens, "miser, tuamque deplora caecitatem; cui Nazaraeus, quem tu adoras, opem non tulit." nam Maris suffusionem oculorum perpessus erat. is-

"εὐχαριστῶ τῷ δεσπότῃ μου Χριστῷ τοῦτό μοι προνοησαμένῳ, ἵνα μὴ τὸ ἀναιδέστατον καὶ ἀσεβέστατόν σου θεάσωμαι πρόσωπον."

Οὗτος τὸν μέγαν Ἀθανάσιον τῆς ἐκκλησίας ἐξελθεῖν ἐκέλευσε, τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν παροξυνάντων. ὁ δὲ ἐξερχόμενος θαρρεῖν εἶπε Χριστιανοῖς τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δακρύουσι· "θαρσεῖτε," φησί, "λαὸς τοῦ Χριστοῦ· νεφύδριόν ἐστι, καὶ παρέρχεται."

Διάγων δὲ Ἰουλιανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ συνεχῶς ἐν Δάφνῃ ἀνιὼν καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος θεραπεύων εἴδωλον (ἦν γὰρ ἐκεῖσε θαυμαστὸν ἔργον Βρύξιδος ἀγαλματοποιοῦ, ὃ μήτις ἄλλος ἴσχυσεν ἐκμιμήσασθαι), παρ' αὐτοῦ χρησμὸν ἐζήτει, ἀλλ' οὐδεμιᾶς
C ἀποκρίσεως ἔτυχε. νομίσας δὲ ὅτι διὰ τὰ ἐν τῇ Δάφνῃ ἀποκείμενα λείψανα τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βαβύλα ἀποσιωπᾷ, ἐκέλευσεν ἅπαντα μετατεθῆναι. οὗ γενομένου ἀθρόως πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθὸν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τόν τε ναὸν κατέφλεξε καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα, ὥστε μηδὲ ἴχνος αὐτοῦ φανῆναι. ἐκπλαγεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ ὁ μιαρός, καὶ νομίσας κατ' ἐπιβουλὴν Χριστιανῶν γενέσθαι, ἐπ' ἐξέτασιν τῶν ἱερέων ἐχώρει. καὶ παντοίως τιμωρησάμενος ὥστε καί τινας αὐτῶν ἀποθανεῖν, τοῦτο μόνον ἤκουσε παρ' αὐτῶν, ὅτι οὔτε ὑπὸ Χριστιανῶν οὔθ' ὑπὸ ἄλλης ἀνθρωπίνης ἐπιβουλῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πῦρ κατελθὸν ἐνέπρησε καὶ τὸν ναὸν καὶ τὸ ἄγαλμα. θυμωθεὶς οὖν ὁ παραβάτης καὶ θεο-
D μάχος τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν Ἀντιοχείας ἀπέκλεισε καὶ πάντα τὰ

que respondit "gratias ago domino meo Christo, qui mihi hoc pacto prospexit ne impudentissimum tuum atque impiissimum videam vultum."

Idem Iulianus Graecis instigantibus magnum Athanasium ecclesia expulit. qui abiens Christianos super ipso flentes bono esse animo iussit: nubeculam enim hanc brevi transituram.

Degens Antiocheae Iulianus ac crebro in Daphna obambulans, Apollinisque simulacrum colens, quod ibi erat, opus Bryxidis statuarii admirandum, quod imitando aequare nemo potuerat, oraculum ab eo poscebat. cum vero nihil responderetur, reliquias sancti martyris Babylae, quae in Daphna erant repositae, in causa esse ratus transferri eas inde iussit. quo facto, eadem nocte ignis confertim caelo delatus aedem simulacrumque combussit, ita ut ne vestigium quidem eius superesset. ea re impius ille perculsus, insidiisque Christianorum factum putans, sacerdotes torsit variisque suppliciis affecit, ita ut etiam aliquot de iis morerentur. hoc autem tantummodo ex iis rettulit responsi, neque Christianorum neque ullius omnino hominis opera, sed igne caelitus delato aedem atque simulacrum conflagrasse. propterea iratus magnam Antiocheae aedem reclusit omniaque templa depraedatus est. missi au-

ἱερὰ ἐσύλησε. τῶν δὲ ἀποσταλέντων κομήτων Φήλικος καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ θείου αὐτοῦ λεγόντων ὅτι ἐνομίζομεν ἐποπτικήν τινα εἶναι δύναμιν τὴν κωλύσασαν ἡμᾶς, ὁ μιαρὸς ἐπετώθαζεν.

Ἀρτέμιος δὲ ὁ δοὺξ Ἀλεξανδρείας, ἐπειδήπερ ἐπὶ τοῦ Κωνσταντίου ζῆλον πολὺν ἐνεδείξατο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατὰ τῶν εἰδωλολατρούντων, ἐδημεύθη τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς μετὰ πολλὰς βασάνους ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. ὁμοίως δὲ καὶ δύο πρεσβύτεροι, Εὐγένιος καὶ Μακάριος.

Τῷ τρίτῳ ἔτει τούτου πολλοὺς τιμωρησάμενος καὶ μάρτυ- P 307
ρας ποιήσας, καὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων ναὸν οἰκοδομηθῆναι προσέταξε. καὶ τοῦ ἔργου ἐγχειρισθέντος, τὰ μὲν πρῶτα λαῖλαψ τήν τε ἄσβεστον ἐξεφόρησεν ὑπὲρ μυριάδας εἴκοσι μοδίων οὖσαν, τῶν δὲ Ἰουδαίων ἔτι τῷ ἔργῳ ἐπιχειρούντων πῦρ ἐξελθὸν τῶν θεμελίων τούτους κατέκαυσε, καὶ οὕτω τοῦ ἔργου ἐπαύσαντο. οὗτος ὁ δυσσεβὴς καὶ τὴν τῶν θείων εὐαγγελίων ἀνατροπὴν ἔγραψεν· ἣν ὁ μέγας Κύριλλος Ἀλεξανδρείας καὶ ἄλλοι φιλόχριστοι ἐπηνωρθώσαντο. καὶ πᾶσαν δὴ ἄλλην γραφὴν αὐτός τε καὶ οἱ ὅμοιοι B
αὐτοῦ διέβαλον· ὑπὸ δὲ τῶν ὀρθοδόξων ἐξεβλήθησαν τὰ τούτων νοθεύματα.

Ἐπὶ τούτοις ὤφθη ὁ θεῖος σταυρὸς ἐν τῷ οὐρανῷ φωτοειδῶς κυκλούμενος ὑπὸ στεφάνου φωτεινοῦ, ἀπὸ τοῦ Γολγοθᾶ ἕως τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν ἐλαιῶν, λαμπρότερος μᾶλλον ἢ ἐπὶ Κωνσταντίου· αὐτομάτως δὲ τοῖς ἁπλώμασι τῶν θυσιαστηρίων καὶ

tem duo comites Felix et Iulianus avunculus imperatoris, cum dicerent se putavisse quandam facultatem rerum inspectricem esse, quae ipsos impedivisset, subsannavit eos Iulianus.

Artemius porro dux Alexandreae, qui imperium Constantio gerente magno ardore cultores falsorum numinum oppugnaverat, post multos cruciatus propter fidem Christianam capite truncatus est, et bona eius in publicum redacta. similiter actum cum duobus presbyteris Eugenio et Macario.

Tertio sui imperii anno Iulianus multos professos Christianam religionem suppliciis affecit. Iudaeos quoque templum suum instaurare iussit. quod opus cum esset inchoatum, primum venti turbo calcem disiecit supra ducenta milia modiorum. et cum Iudaei denuo opus aggrederentur, ignis ex fundamentis erumpens eos combussit. atque ita opus illud omissum est. impius ille Iulianus scripsit etiam evangeliorum depravationem; quae magnus Cyrillus Alexandreae episcopus aliique Christiani correxerunt. omnes autem sacras literas Iulianus eiusque similes corrupere; quorum adulterinam scripturam pii deleverunt.

Eo tempore in caelo lucida crux apparuit, cincta lucida corona, a Golgotha usque ad montem olearum pertinens, splendidior quam sub Constantio. porro autem crucis signum in altarium mappis, libris ac

βίβλοις καὶ ἄλλοις ἐσθήμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἱματίοις οὐ μόνον Χριστιανῶν ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίων, ἐπεπόλαζε τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, οὐ μόνον ἐν Ἱεροσολύμοις ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι· καὶ ὃν ἀναισχύντως ἠπίστουν Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, εὕρισκον ἐν τοῖς ἱματίοις αὐτῶν. ἔν τισι δὲ καὶ ἐμελάνιζον. Ἰουλιανὸς δὲ μαντείαις καὶ θυσίαις καὶ ἐπῳδαῖς δαιμόνων καὶ C ἀπάταις φραξάμενος, ὥς φησιν Ἀγαθίας, κατὰ Περσῶν ἐστράτευσεν, ὅτε καὶ χρησμὸν ἔλαβεν ἔχοντα οὕτως "νῦν μὲν πάντες ὡρμήθημεν θεοί, νίκης τρόπαια κομίσασθαι παρὰ θηρὶ ποταμῷ. τῶν δὲ ἐγὼ ἡγεμονεύσω θοῦρος πολεμόκλονος Ἄρης." ἐν δὲ τῷ εἰσιέναι αὐτὸν ἐπὶ Περσίδα, ἐν οἰκίᾳ τινὸς γυναικὸς Χριστιανῆς εὑρέθη ὑδρίσκη ὕδατος ἑστῶσα πλήρης, ἥτις καὶ ἀθρόως εἰς οἶνον γλυκὺν βράζοντα μετεβλήθη. ἴσως δὲ τοῦτο σύμβολον ὦπται τῆς ἐπὶ τὸ ἥδιστον τῶν πραγμάτων μεταβολῆς διὰ τὴν τοῦ τυράννου μετὰ μικρὸν καταστροφήν. στρατεύσας γὰρ ἐπὶ Πέρσας ἐδελεάσθη ὑπό τινων αὐτομόλων ἐμπρῆσαι τὰς ναῦς. εἶτα δι' D ἐρημίας καὶ ἀνωμάλων χωρίων τὴν πορείαν ποιούμενος ἐφ' ἱκανόν, πάντων ἀπολελοιπότων τῶν χρειωδῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων, καὶ πολλὰ ταλαιπωρησάντων τῶν μετ' αὐτοῦ, ἐπειδὴ καιρὸς τοῦ πολέμου ἀφίκετο, περιερχόμενος ἀνὰ τὸ στρατόπεδον καὶ διατασσόμενος ἐπλήγη δόρατι ἀφανῶς εἰς τὰ ὑποχόνδρια, ὥστε ἀνοιμῶξαι αὐτόν. καὶ τῇ χειρὶ τοῦ αἵματος λαβόμενος ἔρραινεν εἰς τὸν ἀέρα, λέγων "νενίκηκας, Χριστέ· κορέσθητι Ναζωραῖε." καὶ οὕτως

9 Τίγρητι?

vestimentis. tum in vestibus non Christianorum modo sed et Iudaeorum exstiterunt crucis signa, neque Hierosolymae tantum, sed Antiocheae etiam atque aliis in urbibus. et quem impudenter negabant Iudaei atque Graeci, eum signatum in suis vestibus reperiebant. cruces istae apud quosdam fuerunt nigrae. interim Iulianus vaticiniis sacrificiis incantationibus daemonum atque fallaciis munitus, ut ait Agathias, in Persas movet. inter alia tale etiam oraculum ei redditum erat:

iam nunc ad Tigrin fluvium proficiscimur omnes
caelicolae, et regi praeclara tropaea paramus.
Mars ipse ad pugnam superos ego duco Gradivus.

intrante eo Persidem situla aquae plena in domo mulieris cuiusdam Christianae inventa est: ea aqua subito in vinum suave ac ubertim fluens transiit. quod videtur fuisse signum rerum in optimum statum mutationis, paulo post morte tyranni eventurae. is cum in Persas expeditionem fecisset, transfugarum quorundam suasu deceptus naves suas combussit, atque inde longo itinere per solitudines et iniqua loca facto omnibus necessariis rebus carere coepit, magna exercitus miseria. ut tempus pugnae appetiit, dum aciem circuit atque instruit, hasta incerto auctore hypochondria vulneratur. ibi eiulatum tollens sanguinem suum cava manu exceptum in aërem sparsit, dicens "vicisti Christe, satiare

τὴν μιαρὰν αὐτοῦ ψυχὴν ἀπέρρηξε, πολλὰ δυσφημήσας εἰς τοὺς ἑαυτοῦ θεούς, ἀπατεῶνας καὶ πλάνους καὶ ψεύστας ἀποκαλῶν. οὗ τὸ δύστηνον σῶμα ἀπεκομίσθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ P 308
ἐτέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ κυλινδροειδεῖ, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν ἐλεγεῖον τόδε·

Κύδνῳ ἐπ' ἀργυρόεντι, ἀπ' Εὐφρήταο ῥοάων
Περσίδος ἐκ γαίης, ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ
κινήσας στρατιάν, τόδ' Ἰουλιανὸς λάχε σῆμα,
ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

τοῦ δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος Ἰοβιανοῦ τὴν ἁλουργίδα ὄπισθεν περιπατοῦντος ἀκουσίως πατήσαντος ἐν τῷ ἐπικλινῇ τινὰ κατιέναι τόπον, ἐπιστραφεὶς Ἰουλιανὸς καὶ τὸ συμβὰν κρίνας αὐτὸν μετ' ἐκεῖνον τῆς βασιλείας κρατήσειν ἔφη· εἴθε, κἂν γοῦν ἄν- B
θρωπος.

Ἰοβιανὸς ἐβασίλευσε μῆνας θ' ἡμέρας ιε'. οὗτος χιλίαρχος ἦν, ἀνὴρ πραότατος καὶ ὀρθόδοξος Χριστιανός, ὃς ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη ἐν ᾧ τόπῳ ὁ παραβάτης ἀνῃρέθη. ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν εὐμήκης, ὥστε μηδὲ ἓν τῶν βασιλικῶν ἱματίων ἁρμόζειν αὐτῷ. μετὰ μίαν δὲ συμβολὴν τοῦ πολέμου εἰρήνη ὡς ἀπὸ θεοῦ συμφώνως ἀνεβοήθη ὑπό τε Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, καὶ ὡρίσθη ἔτη λ'. ὁ δὲ παρῃτεῖτο τὴν βασιλείαν, λέγων μὴ δύνασθαι αὐτὸν ἄρχειν στρατοῦ ἑλληνίσαντος. πρὸς ὃν πάντες ὁμοφώνως ἐβόησαν "Χριστιανοί ἐσμεν, αὐτοκράτωρ τρισαύγουστε." ὅθεν νόμους ἐξέπεμψεν εἰς πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥω- C

Nazarene." atque ita scelestam suam animam exspiravit, cum prius deos suos multis maledictis proscidisset, impostores eos et mendaces dictitans. cadaver eius miserum Cpolim allatum, repositumque est in arca porphyretica cylindri forma, eique inscriptum tale carmen:

incassum bello Persas aggressus inani
rex idem bonus et fortis bellator in armis
Iulianus, tumidis iacet huc Euphratis ab undis,
qua volvit Cydnus turgentem argenteus amnem,
advectus, tumuloque sub hoc post fata quiescit.

Iulianus, cum eius aliquando purpuram declivi loco ambulantis Iovianus imprudens pede calcasset, conversus, coniiciensque eum sibi in imperio successurum, "esto" inquit, "dummodo homo sit."

Iovianus imperavit menses 9, dies 15. erat tribunus militum, homo mansuetissimus et verus Christianus. ab universo exercitu imperator est dictus, quo loco Iulianus periit. fuit procero corpore, adeo ut nulla regia vestis ei convenerit. post unicum conflictum pacem veluti divinitus conciti inclamaverunt et Romani et Persae, et pax ad triginta annos est confirmata. Iovianus autem imperium recusavit, negans se imperare posse exercitui Graecam religionem amplexo. at milites uno ore clamorem sustulerunt "Christiani sumus, augustissime imperator."

μαίων γῆν εἰς περιποίησιν τῶν τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τοὺς ἐν
ἐξορίᾳ Χριστιανοὺς ἀνεκαλέσατο, γράψας καὶ τῷ ἱερῷ Ἀθανασίῳ
σημᾶναι αὐτῷ ἐγγράφως τῆς ἀμωμήτου πίστεως τὴν ἀκρίβειαν·
οὗ γενομένου βεβαιότερος εἰς ὀρθοδοξίαν γέγονεν. οὗτος ὑποστρέ-
ψας ἐν Ἀντιοχείᾳ πολλὰς κιβωτοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις εὗρε κεφαλῶν
ἀνδρῶν πεπληρωμένας, πολλὰ δὲ φρέατα νεκρῶν σωμάτων ἀν-
θρωπίνων πλήρη· καὶ γὰρ μυρίας μὲν γυναῖκας κατὰ γαστρὸς
ἐχούσας ἀνατεμὼν ὁ Ἰουλιανὸς ἐν τοῖς αὐτῶν ἐμβρύοις ἡπατοσκό-
πει, καὶ παιδία δὴ πολλὰ κατασφάττων ὑπὸ τὰ εἴδωλα κατώρυτ-
D τεν. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ ἵππους λευκοὺς καὶ πυρροὺς καὶ ζῴων
εἴδη πολλὰ τῷ τε ἡλίῳ καὶ πυρὶ καὶ τοῖς ἀνέμοις καὶ πᾶσιν αὐτοῦ
τοῖς δαιμονίοις ὁ ἐνάγιστος ἔθυεν. ὅθεν οὐδὲν ἄπιστον καὶ τα-
φέντα τοῦτον τῆς γῆς ἀναρρίπτεσθαι. διὸ καὶ ἀκαθάρτων ζῴων
ὀστέοις συμμίξαντες αὐτὸν κατέθαψαν, τὴν πρὸς θεὸν καὶ ἀν-
θρώπους ἀλλοτρίωσιν αὐτοῦ δεικνύντος τοῦ πράγματος. ἐξ Ἀν-
τιοχείας δὲ Ἰοβιανὸς ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ὁρμώμενος, ἐλθὼν
ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας ὕπατος προῆλθε. φθάσας δὲ ἐν προα-
στείῳ Δαδαστανᾶ ἐκοιμήθη ἐν οἰκίσκῳ νεωστὶ κεκονιαμένῳ, τῆς
δὲ ἀσβέστου βαρὺν ἀτμὸν ἀναδιδούσης αἰφνίδιον ἐτελεύτησεν,
P 309 ἀποπνιγεὶς ἀπὸ τῆς καύσεως. ὡς δέ τινες γράφουσι, μύκητα
πεφαρμαγμένον φαγὼν ἀπέθανεν. τούτου γυνὴ Χαριτώ, ἥτις
οὐδὲ βασιλέα αὐτὸν ἐθεάσατο.

Οὐαλεντινιανὸς ἀνηγορεύθη ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας παρὰ

21 πεφαρμαγμένα P, tanquam esset μυκήτια.

edicta ergo per totum Romanum imperium emisit, quibus ecclesias dei restitui iuberet Christianosque exsulantes revocaret. ab Athanasio etiam per literas petiit ut is inculpatae fidei doctrinam accurate sibi scripto consignaret. quo facto maiorem in modum est in fide Christiana confirmatus. reversus Antiocheam multas arcas in regia invenit capitibus humanis plenas multosque puteos cadaveribus humanis oppletos: quippe innumeras Iulianus praegnantes mulieres dissecuerat, eorumque foetuum iocinora inspexerat, multosque infantes iugulatos infra simulacra defoderat. quin et albos ac rufos equos aliaque varia animantia soli igni ventis aliisque daemonibus suis immolaverat. itaque non est incredibile quod fertur, terram eius sepulti cadaver eiecisse, idque impurorum animalium ossibus permixtum fuisse humatum, ea re demonstrante hominem et a diis et hominibus alienum fuisse. ceterum Iovianus Antiochea Cpolim proficiscens, cum Ancyram Galatiae urbem attigisset, unius diei iter progressus Dadastana oppidum pervenit. ibi cum obdormivisset in cellula recens incrustata, calce gravem vaporem edente, subito est suffocatus eo vapore. alii fungi venenati esu exstinctum aiunt. uxor eius fuit Charito, quae eum imperatorem non vidit.

Valentinianus ab exercitu est imperator dictus Nicaeae, quae est

τοῦ στρατοῦ, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ', διὰ τὸ εὐδοκιμῆσαι αὐτὸν ἐν τῇ ὁμολογίᾳ ὡς Χριστιανὸν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ καὶ ἐξορισθῆναι. ἦν δὲ τῷ σώματι εὐμεγέθης, τὴν χροιὰν ἐρυθρός, τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς ἐπίξανθον ἔχων, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡραίους, μικρὸν ἐπιγλαυκίζοντας, ὡς λέγειν πολλοὺς παρόμοιον εἶναι τῷ Δαβίδ, καθώς φησιν ἡ γραφὴ περὶ ἐκείνου "καὶ αὐτὸς ἦν πυρράκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν." οὗ καὶ τὸ αὐστηρὸν διὰ τὸ δίκαιον ἐπῃνεῖτο B καὶ ἐθαυμάζετο· οὐ γὰρ ἄνευ λόγου τὸ αὐστηρὸν ἐκέκτητο, ἀλλ' ἀεὶ τῷ δικαίῳ τὰ πρῶτα παρεῖχεν, ὑπ' οὐδενὸς ἐκ τούτου περιτρεπόμενος, οὐδὲ μετατιθέμενος ἐξ ὧν ἅπαξ ἐβουλεύσατο. μετὰ δὲ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἐπεί τινες ἠξίουν συγκοινωνὸν προσειληφέναι τῆς βασιλείας, ἔφη "λήψομαι ὃν ἂν ἐθέλω κοινωνόν." πρὸς ὃν Δαγλάϊφος συγκλητικὸς ἀπεκρίνατο "εἰ τοὺς σοὺς φιλεῖς, ἔχεις ἀδελφόν· εἰ δὲ τὴν πολιτείαν, σκόπησον ὅτῳ ἂν τὴν ἁλουργίδα περιβαλεῖς." ὁ δὲ τῇ φύσει μᾶλλον πιστεύσας τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντα προσελάβετο, καὶ βασιλέα ποιήσας τὰ ἀνατολικὰ μέρη αὐτῷ ἀπένειμεν, αὐτὸς δὲ κατέσχε τὰ δυτικά.

Τῷ πρώτῳ ἔτει αὐτοῦ Οὐαλεντινιανὸς ὁ Αὔγουστος Γρατιανὸν C τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνηγόρευσε. συνόδου δὲ ἐν Λαμψάκῳ γενομένης καὶ τὰ τῶν Ἀρειανῶν ἀκυρωσάσης, ἐπεὶ Οὐάλης ὁ δυσσεβὴς Ἀρειανὸς διάπυρος ἦν, τὰ ἐν Λαμψάκῳ πραχθέντα ἀνέτρεψε καὶ τοὺς συνελθόντας ἐκεῖσε ἐπισκόπους ἐξώρισεν, Εὐδοξίῳ δὲ ὁμόφρονι αὐτοῦ τὰς τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας παρέδωκεν· οἱ δὲ ὀρθόδοξοι οὔτε ποιμένα οὔτε ἐκκλησίαν εἶχον.

urbs Bithyniae. imperavit annos 13. ad imperium eum evexit, quod sub Iuliano in exsilium actus fuerat ob confessionem fidei Christianae. fuit corpore magno, ruber, rufo crine, oculis pulchris et aliquantulum caesiis. itaque multi dicebant eum Davidi similem esse: nam et hunc Scriptura ait rufum fuisse et oculis pulchris praeditum. austeritati eius laudem conciliavit iustitia atque admirationem: non enim temere austeritatem adhibebat, sed primam semper iustitiae rationem ducebat, ab eaque se nullam rem dimovere patiebatur. quae semel decrevisset, non mutabat. ingressus Byzantium, cum eum nonnulli hortarentur ut collegam imperii adscisceret, respondit "collegam assumam quem voluero." Daglaipho autem senatore dicente "si tuos diligis, habes fratrem: sin rem publicam, vide cui purpuram circumponas," imperator naturae plus fidens fratrem Valentem imperii consortem delegit, eique Orientem tribuit, ipse Occidentem tenuit.

Primo anno sui imperii Valentinianus Gratianum filium suum Caesarem declaravit. cumque concilium Lampsaci esset actum et Arii dogma improbasset, impius Valens, qui Arianus fervidissimus erat, acta concilii eius rescidit, episcopos qui eo convenerant extorres egit, Cpolitanum episcopatum Eudoxio secum sentienti tribuit, Christianis tum et templis et pastore destitutis. antequam imperator fieret Valentinianus,

πρὶν ἢ βασιλεῦσαι Οὐαλεντινιανόν, παρὰ Σαλουστίου τινὸς ἐχρηματίσθη· ὁ δὲ ὑπέσχετο μηδενὸς ἀποτεύξεσθαι ὧν ἐκεῖνος δέοιτο.
D γενομένου δὲ βασιλέως καὶ ἀπαιτουμένου ὑπ' αὐτοῦ τὴν ἐπαρχίαν, "χρῆν" ἔφη "μὴ δεῖν τὴν τῶν ἐπαγγελιῶν φυλάττεσθαι πίστιν, ὅταν τοῦτο βλάβην φέρῃ τῇ πολιτείᾳ." τούτῳ τῷ ἔτει ἐγεννήθη παιδίον νεκρὸν θηλυκὸν ἔξω τῆς πόλεως Ἀντιοχείας, ἔχον δύο κεφαλάς, διωρισμένας ἀπὸ τοῦ τραχήλου.

Τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ Λιβέριος ἐπίσκοπος Ῥώμης, Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας, Μελέτιος Ἀντιοχείας καὶ ὁ Σαμοσάτων Εὐσέβιος τῆς ἐξορίας ἀνακληθέντες ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ διέπρεπον. τῶν δὲ Ἀρειανῶν προΐστανται ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Λούκιος Ἀντίοχος καὶ Εὐζώϊος. Παυλῖνος δὲ τοῦ ἑνὸς μέρους τῶν ὀρθοδόξων εἰς δύο διῃρημένων, καὶ τοῦ ἄλλου Μελέτιος προΐσταντο.

P 310 Τῷ τρίτῳ ἔτει Προκόπιος ἀντῆρεν, ἀνεψιὸς Ἰουλιανοῦ, καὶ ἐπὶ Νακωλίας ἐλθὼν καὶ πλείστῳ στρατῷ φραξάμενος φόβον ἐνεποίησε τῷ Οὐάλεντι. καὶ τὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν διωγμὸν ἀνῆκεν πρὸς βραχύ, ἕως Προκόπιον προέδωκαν οἱ ἴδιοι στρατηγοὶ Ἄγγελος καὶ Γόμαρις. καὶ τὸν μὲν Προκόπιον εἰς δύο καταδεθέντα δένδρα βιαίως κατεμερίσατο, τοὺς δὲ αὐτὸν προδόντας ἔπρισε κατὰ δίκαιον κρῖμα τοῦ θεοῦ, ὅτι ἀναξίῳ εὐνόησαν. τότε καὶ Χαλκηδόνος τὰ ὑπολειφθέντα τείχη καθεῖλεν, ὑπερασπιζομένων τῶν Χαλκηδονίων τοῦ Προκοπίου· ὧνπερ κατα-

16 *Νατωλίας* libri: correxit Goarus.

a Sallustio quodam pecunia fuit adiutus, promisitque ei omnia. imperator autem factus, cum ab eo provinciam postularet, respondit promissis non esse standum, ubi res ad detrimentum spectaret rei publicae. eo anno infans extra urbem Antiocheam natus est, sed vita carens, sexus feminei, habens duo capita a collo divisa.

Anno imperii Valentiniani secundo Liberius Romae, Athanasius Alexandreae et Eusebius Samosatorum episcopi ab exsilio revocati verae fidei doctrina claruerunt. Arianis Alexandreae praefuerunt Lucius Antiochus et Euzoius. Christianis in duos greges divisis, alterum Paulinus, alterum Meletius rexit.

Tertio anno Procopius consobrinus Iuliani seditionem movit, maximoque cum exercitu ad Nacoliam usque progressus Valenti terrorem incussit. quae res eius contra ecclesiam furores aliquantum repressit. mox a suis ducibus Angelo et Gomare Procopius proditus fuit, et a Valente duabus arboribus alligatus violenter discerptus. idem proditores serra dissecuit, divina eos vindicta insequente, quod homini indigno favissent. Chalcedonis quoque, quod cives Procopium tutati essent,

λυομένων εὑρέθη εἰς τὰ θεμέλια ἐπὶ πλακῶν γεγραμμένος χρησμὸς οὗτος.

ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι ἱερὴν κατὰ ἄστυ χορείην B
τερπόμεναι στήσονται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιὰς
καὶ τεῖχος λουτροῖσι πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ,
δὴ τότε μυρία φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων,
ἄγρια, μαργαίνοντα, κακὴν ἐπιειμένα ἀλκήν,
Ἴστρου Κιμμερίοιο πόρον διαβάντα σὺν αἰχμῇ
καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώραν καὶ Μυσίδα γαῖαν.
Θρηϊκίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν
αὐτοῦ κεν βιότοιο τέλος καὶ πότμον ἐπίσποι.

καὶ δὴ εἶχεν ἅπαντα οὕτως. ὡς δὲ μετὰ τὴν νίκην Προκοπίου ἐπανῆλθεν Οὐάλης, φιλοτιμεῖται τὴν πόλιν ὑδάτων πλήθει, κατασκευασάμενος ὁλκὸν ὃν Οὐάλεντα ὠνόμασε. καὶ ὁ τότε τῆς C πόλεως ἔπαρχος τὴν ἐκ τοῦ γεγονότος τῇ πόλει χαρὰν ἐπιδεικνύς, νυμφαῖον κατασκευασάμενος ἐν τῷ Ταύρῳ τῷ μεγέθει τῆς πόλεως ἄξιον, ἱερομηνίαν ἐπετέλεσεν, εὐωχήσας ἅπαντα τὸν λαόν. καὶ τούτοις οὐ μακρὰν τὰ ἐκ τῶν βαρβάρων ἠκολούθησεν ἔθνη, καθὼς τὸ γράμμα ἐχρησμολόγησεν, ἐπιχυθέντων μὲν τῇ Θρᾴκων, μετὰ δὲ ταῦτα δαπανηθέντων περὶ αὐτήν. καὶ πάλιν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν Οὐάλης κινεῖται. σεισμὸς δὲ γέγονε καθ' ὅλης τῆς γῆς μέγας, ὡς καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πλοῖα προσωρμισμένα τῷ αἰγιαλῷ ἐπάνω γενέσθαι τῶν μεγάλων τειχῶν. ναυτικοὶ δέ τινες

reliquos muros deiecit. quibus prostratis ad fundamenta repertum est oraculum hoc tabulis inscriptum:

cum sertis redimita sacrae per compita ducent
urbis laetitia Nymphae exhortante choreas,
auxiliumque ferent muri cum triste lavacris,
tum saevi vario populi sermone loquentes,
immensa turba, crudeli robore freti,
Cimmerium armati transmittent protinus Istrum
vastabuntque agros Scythicos et Mysida terram.
post ubi Threiicios spes turbida tangere fines
iusserit, exitio mox consumentur atroci.

omnia ea impleta sunt. nam victo Procopio Valens reversus magnifico urbem aquaeductu exornavit, quem Valentem appellavit, unde magna aquae copia urbi fuit. ac tunc praefectus urbis gaudium eius beneficii causa obortum ut ostenderet, Nymphaeum condidit in Tauro magnitudine urbis dignum, diemque festum egit, ac populum convivio excepit. neque multo post barbaricae gentes, ut in oraculo erat, in Thraciam effusae ibique consumptae sunt. rursum Valens inde ecclesiam infestat. terrae motus tunc per totum orbem ingens fuit, adeo ut ad litus Alexandreae subductae naves supra magnum murum fuerint elatae. et nau-

D ἐξηγήσαντο ὡς κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν μέσον τοῦ Ἀδρία πελάγους πλεόντων εἰς τοὔδαφος καθίσαι τὰ πλοῖα, καὶ μετὰ βραχὺ πάλιν ἐλθεῖν τὸ ὕδωρ, καὶ οὕτω πλεῦσαι.

Τῷ δ' ἔτει τὸν ἀγωγὸν τοῦ ὕδατος οἰκοδομεῖ ὃν Οὐαλεντινιανὸν ὠνόμασε. τούτῳ τῷ Οὐαλεντινιανῷ γυνὴ προσῆλθε, Βερενίκη λεγομένη, λέγουσα ὑπὸ Ῥοδανοῦ πραιποσίτου διαρπαγῆναι τὴν οὐσίαν· οὓς κρίνας ὁ βασιλεὺς ἀποδοθῆναι αὐτῇ τὰ ἴδια προσέταξε. τοῦ δὲ πραιποσίτου μὴ πειθομένου προσῆλθεν ἡ γυνὴ τῷ βασιλεῖ ἐπὶ ἱπποδρομίου, καὶ τὴν ἀπείθειαν ἐξεῖπε τῷ βασιλεῖ. κελεύει οὖν ὁ βασιλεὺς πυρὰν ἐν τῇ σφενδόνῃ ἀναφθῆναι καὶ τὸν
P 311 πραιπόσιτον αὐτοῖς ἀμφίοις ἐν αὐτῇ κατακαῆναι, τῇ δὲ γυναικὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν ἀποδοθῆναι.

Τῷ ε' ἔτει Οὐαλεντινιανοῦ χείρονα διωγμὸν Οὐάλης μετὰ Εὐδοξίου τοῦ ἀσεβοῦς ὑπὲρ τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους ἐποίησε.

Καὶ τῷ ς' ἔτει πρεσβείαν ἀπέστειλαν οἱ ὀρθόδοξοι πρὸς Οὐάλεντα, ἄνδρας ἱερατικοὺς π'· οὓς πάντας σὺν τῷ πλοίῳ ὑφαφθῆναι Οὐάλης ἐκέλευσε, καὶ πάντες σὺν τῇ νηῒ κατεφλέχθησαν, μέχρι Δακιβύζων τοῦ πλοίου διαρκέσαντος.

Ἐν δὲ τῷ ζ' ἔτει Οὐάλης ὁ μιαρὸς τοῖς Ἕλλησιν ἄδειαν δέδωκε θυσίας καὶ πανηγύρεις ἐπιτελεῖν. ὡσαύτως καὶ Ἰουδαίους ἐτίμα. μόνους δὲ τοὺς ὀρθοδόξους καὶ τὰ τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἦν δεινῶς διώκων.

tae narraverunt, cum medium Adriaticum mare navigarent, naves ipsorum ad fundum desedisse moxque reversa aqua navigationem confecisse.

Quarto anno aquaeductum exstruxit, cui Valentiniano nomen est. Valentinianum accessit mulier, Berenice nomine, conquerens suas facultates sibi esse a Rodano praeposito ereptas. imperator causa cognita mandavit ut mulieri sua redderentur. cum autem praepositus non faceret imperata, rursus Valentinianum in Circo mulier compellavit ac de contumacia praepositi rettulit. eum imperator rogo in Funda exstructo, ut erat vestitus, comburi iussit, mulierique eius bona omnia adiudicavit.

Quinto anno Valens cum Eudoxio Graecorum causa Christianos acerbius quam ante persecutus est.

Sexto anno Christiani ad Valentem legatos miserunt, viros pontificiae dignitatis 25. quos ille omnes una cum navi iussit cremari, quae usque ad Dacibyza perduravit.

Septimo anno scelestus Valens Graecis licentiam dedit sacrificandi et festos dies agendi. quin et Iudaeos in honore habuit. solos Christianos et apostolicas ecclesias graviter vexabat.

Τῷ η' ἔτει Οὐαλεντινιανοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας ἐλθὼν Οὐάλης πάνδεινα κακὰ τοῖς ὀρθοδόξοις ἐνεδείξατο, πολλοὺς μὲν ἀνελὼν μαχαίρᾳ, ἄλλους ἀποπνίξας εἰς τὸν παραῤῥέοντα Ὀρόντην ποταμόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν Ἐδέσσῃ τὸ πλῆθος τῶν ὀρθοδόξων συλλαβὼν ἐφόνευσε. καί τις γυνὴ ὀρθόδοξος τὸ ἴδιον τέκνον ἕλκουσα σπουδῇ ἔλεγε "δεῦρο τέκνον, καιρὸς μαρτυρίας· μαρτυρήσωμεν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ." τοῦτο τὸν Οὐάλεντα ᾔσχυνε καὶ τὸ ἄλγος ἐκώλυσε, θεοῦ δηλαδὴ τοῦτο οἰκονομήσαντος. ὁμοίως καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ τὰς ἐκκλησίας Ἀρειανοῖς παραδοῦναι ἐσπούδασε, τῆς ἐναντιώσεως δραξάμενος ἧς ἔσχε παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου Ἰουλιανός, πρεσβυτέρου τότε τυγχάνοντος τῆς ἐκκλησίας Καισαρείας, καὶ Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου διεγείροντος εἰς ζῆλον ὀρθοδοξίας. B C

Τῷ δὲ θ' ἔτει τοῦ πολυάθλου Ἀθανασίου πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος, ἐπισκοπήσαντος ἔτη μς', ἐν διωγμοῖς δὲ καὶ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι, Πέτρος τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξατο, ὃν οἱ Ἀρειανοὶ ἀπήλασαν. τότε πολλοὶ τῶν ὀρθοδόξων ἀθέως ᾐκίσθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἐν βασάνοις ἐτελειώθησαν. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τῆς Καισαρέων ἐπεσκόπησεν ἐκκλησίας, τοῦ Εὐσεβίου εὐσεβῶς κοιμηθέντος.

Τῷ ι' ἔτει Ἀμβρόσιος μετὰ Εὐδόξιον τῆς ἐκκλησίας Μεδιολανῶν ἡγήσατο, Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε διάγοντος. καὶ γὰρ τὸν Ἀμβρόσιον ἐπὶ τῷ διαλῦσαι τῶν ἀμφισβητουμένων D

Octavo Valentiniani anno Valens Antiocheam Syriae veniens Christianis atrocia maleficia intulit, multos gladio trucidans, alios in profluente Oronte mergens. sic et Edessae Christianos turmatim capiens necavit. quo tempore quaedam Christiana mulier suum filiolum propere trahens "eam" inquit, "mea proles, tempus est veritatem sanguine nostro obsignandi: moriamur Christi causa." hoc factum Valenti pudorem incussit et malum sedavit, deo nimirum ita dirigente. similiter etiam in Cappadocia ecclesias Arianis tradere studuit, arrepta controversiae occasione, quae intercesserat magno Basilio, tunc presbytero Caesareae, cum Eusebio episcopo, qui ad aemulationem verae religionis instigabat.

Nono anno, cum laboriosus ille Athanasius quadraginta annos episcopatu functus, multis persecutionibus et certaminibus propter Christum vexatus, ad dominum commigrasset, Petrus in episcopatum est subrogatus. hunc Ariani abegerunt, multique eo tempore Christiani impie sunt excruciati, multique inter torturas exspiraverunt. eodem anno Basilius magnus Caesareensis ecclesiae episcopatum adeptus est, Eusebio pie defuncto.

Decimo anno Ambrosius Mediolani in episcopatu Eudoxio successit, cum ibi degeret Valentinianus imperator. quippe Ambrosium, cum is

αἱρετικῶν τὰς ἔριδας ἀποσταλέντα, ἔτι κατηχούμενον ὄντα, ἐξαιτησάμενος ὁ λαὸς ἐβάπτισε καὶ ἐπίσκοπον Μεδιολανῶν ἐποίησεν. ὅπερ ἀκούσας Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεύς "χάρις σοι" ἔφη, "ὦ δέσποτα θεὲ παντοκράτωρ καὶ σῶτερ ἡμέτερε, ὅτι τῷδε τῷ ἀνδρὶ ἐγὼ μὲν σώματα σὺ δὲ ψυχὰς ἀνθρώπων ἐνεχείρισας, καὶ ταύτῃ τὰς ἐμὰς ψήφους δικαίας ἀπέφηνας." τῆς δὲ δύσεως πάσης
P 312 τριάδα ὁμοούσιον πρεσβευούσης ᾐτήσαντο Οὐαλεντινιανόν, καὶ ἐποίησε σύνοδον ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐκύρωσεν. ἴδικτον δὲ ἔγραψεν Οὐαλεντινιανὸς τοῖς ἐν Ἀσίᾳ καὶ Φρυγίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐπισκόποις, ἐμμένειν τοῖς ὡρισμένοις παρὰ τῆς συνόδου παρεγγυώμενος, κοινωνοὺς αὐτοῦ καὶ Οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν καὶ Γρατιανὸν τὸν υἱὸν προσλαβόμενος ἐν τῷ ἰδίκτῳ. τότε καὶ Γρηγόριος ὁ θεολόγος τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας προέστη, ταῖς Βασιλείου καὶ Μελετίου καὶ τῶν λοιπῶν τῆς εὐσεβείας ὑπερμάχων εἰσηγήσεσι. καὶ εἰ μὴ
B φθάσας τὴν πόλιν ἀνεκαλέσατο, πᾶσα ἂν τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου λώβης ἐπληρώθη· πάσας γὰρ τὰς ἐκκλησίας αὐτοὶ κατεῖχον, πλὴν τοῦ τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀναστασίας. ἐπίσκοπος δὲ τῶν Ἀρειανῶν ἦν Δημόφιλος. Γρηγόριος δὲ τότε ὁ Νύσσης καὶ Πέτρος, ἀδελφοὶ Βασιλείου, διέλαμπον. Οὐαλεντινιανὸς δὲ ὠνείδισε Οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν ὡς κακόδοξον, μὴ πέμψας αὐτῷ βοήθειαν κατὰ τῶν Γότθων αἰτοῦντι, ἀλλ' εἰπὼν "οὐ θέμις ἐπαμύνειν ἀνδρὶ θεομάχῳ."

1 ἀποστείλαντα P

missus esset ad rixas haereticorum componendas, etiamnum catechumenum, populus depoposcit, baptizatoque episcopatum Mediolanensem credidit. id cum Valentiniano imperatori esset indicatum, "gratias" ait "tibi ago, domine deus omnipotens, quod cum ego huic viro corpora hominum commisissem, tu ei animas commendavisti, itaque meum suffragium approbasti." cum autem totus Occidens trinitatem consubstantialem profiteretur, Valentinianus rogatus concilium in Illyrico coegit, inque eo fidem Nicaenam confirmavit. edictum quoque misit ad Asiae Phrygiae omnesque Orientis episcopos, quo mandabat ut starent concilii decretis, socios sibi eo in edicto adscribens Valentem fratrem et Gratianum filium suum. tunc et Gregorius theologus Cpolitanae ecclesiae praefectus est, Basilio Meletio ac reliquis qui pro vera religione propugnabant auctoribus. quod nisi is mature urbem revocasset, utique totam Ariana et Eunomiana lues occupasset, cum iam tum omnia templa ea infecti obtinerent, excepto sanctae martyris Anastasiae oratorio. Arianorum tunc fuit episcopus Demophilus. eodem tempore Gregorius Nyssenus et Petrus, fratres Basilii, claruerunt. ceterum Valentinianus fratri Valenti pravas de rebus sacris opiniones exprobravit, neque ei postulanti auxilium adversus Gotthos misit, homini contra deum pugnanti auxilium ferendum esse negans.

Τῷ ια' ἔτει Οὐαλεντινιανὸς ὁ μέγας ἐτελεύτησε, βασιλεύσας ἔτη ια', τρόπῳ τοιῷδε. οἱ Σαυρομάται ὑπ' αὐτοῦ ἡττηθέντες πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἔπεμψαν αἰτοῦντες εἰρήνην. αὐτοῦ δὲ τούτους ἐρωτῶντος εἰ πάντες οἱ Σαυρομάται τοιοῦτοί εἰσιν ἀκρότατοι, C καὶ αὐτῶν εἰπόντων ὅτι τοὺς κρείττονας πάντων ὧδε ἔχεις καὶ ὁρᾷς, ἀνακράξας βιαίως ἔφη "δεινὰ Ῥωμαίων ἡ βασιλεία ὑπομένει εἰς Οὐαλεντινιανὸν λήξασα, εἰ Σαυρομάται τοιοῦτοι ὄντες οἰκτρότατοι Ῥωμαίοις κατεξανίστανται." ἐκ δὲ τῆς τάσεως καὶ τοῦ κρότου τῶν χειρῶν φλεβὸς ῥαγείσης καὶ πλείστου ἀναδοθέντος αἵματος, ἔν τινι φρουρίῳ Γαλλίας θνήσκει.

Καὶ ἀναγορεύουσι Ῥωμαῖοι Οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Αὔγουστον, ὃς ἐκράτησεν ἔτη γ'. ἐπὶ αὐτοῦ οἱ Γότθοι περάσαντες τὴν Μαιώτιδα λίμνην ἐλάφου ἡγησαμένης αὐτοῖς ἦλθον εἰς τὴν Θρᾴκην, καὶ δύο γεγονότες μέρη ἀλλήλοις ἐμάχοντο. D καὶ συμμαχίαν αἰτήσαντες οἱ τοῦ ἑνὸς μέρους παρὰ Οὐάλεντος ἔτυχον ὑποσχέσει τοῦ Χριστιανοὺς γενέσθαι· ὅθεν καὶ βαπτισθέντες Ἀρειανοὶ ἀποκατέστησαν, καθὼς ἦν καὶ Οὐάλης. μετὰ τοῦτο οὖν ἐν Συρίᾳ τοῦ Οὐάλεντος διατρίβοντος, οἱ Σκύθαι περάσαντες κατὰ τῆς πόλεως εἰσέφρησαν, τὰς σπονδὰς μὴ φυλάξαντες μετὰ τὸ βαπτισθῆναι αὐτούς. τοῖς αὐτοῖς ἔτεσιν ἡ τῶν Μασσαλιανῶν αἵρεσις ἤγουν Εὐχιτῶν ἢ Ἐνθουσιαστῶν, τῶν καὶ Βογομίλων, ἐφύη. Οὐάλης δὲ πάσας τὰς ἐκκλησίας πορθῶν ἧκεν εἰς Καισάρειαν, κατὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου μαινόμενος. ἔπραξε δὲ οἷα P 313

4 εἰ πάντες] εἰκόντες P

Anno sui imperii 11 Valentinianus magnus hoc modo decessit. Sauromatae ab ipso victi petendae pacis causa legatos miserant. quos cum ipse examinaret, responderunt se omnium esse primos atque potissimos. imperator, cum isti dicerent se omnium praestantissimos in conspectum eius venisse, magna vi exclamavit "male agitur cum Romano imperio, quod in Valentinianum desiit, cum Sauromatae, tali homines condicione omniumque mortalium maxime miserabiles, adversus illud insurgunt." qua ex contentione vocis et manuum plausu vena rupta, cum sanguinis plurimum eiecisset, in quodam Galliae castello vitam reliquit.

Exinde Romani Valentem eius fratrem Augustum salutant: is imperavit triennium. eo imperante Gotthi traiecta Maeotide palude, praeeunte cerva, in Thraciam venerunt, inque duas divisi partes bellum altera alteri fecerunt. altera pars a Valente suppetias postulavit, promittens se Christo nomen daturam; iisque potiti, baptizati Arianam religionem sunt secuti, quam et Valens colebat. postea Valente in Syria agente, Scythae amne transmisso urbem, violatis post baptismum pactis, adorti sunt. iisdem annis Massalianorum haeresis, quae et Euchitarum et Enthusiastarum et Bogomilorum dicitur, orta est. Valens autem omnes ecclesias devastans Caesaream venit, contra Basilium ma-

καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος εἰς τὸν ἐπιτάφιον τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἔλεξεν, ὅτε καὶ Γαλάτης υἱὸς Οὐάλεντος καὶ ἡ σύμβιος Δομνίκα νόσῳ χαλεπῇ ἐχειμάσθη. πρὸς τούτοις Δημοσθένους τινὸς τῶν ὀψοποιῶν Οὐάλεντος ἐν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς Οὐάλεντα μεμφομένου Βασίλειον καὶ βαρβαρίσαντος, εἰπεῖν τὸν διδάσκαλον "ἰδοὺ ἐθεασάμεθα καὶ Δημοσθένην ἀγράμματον."

Τῷ τρίτῳ ἔτει πάλιν ἐξῆλθον οἱ Γότθοι εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν καὶ ἠρήμωσαν πολλὰς ἐπαρχίας, Σκυθίαν Μυσίαν Θρᾴκην Μακεδονίαν Ἀχαΐαν καὶ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, ὑπὲρ τὰς εἴκοσιν ἐπαρχίας. ἐθεάθησαν δὲ ἐν τῷ ἀέρι ἄνδρες ἔνοπλοι, ἐσχημα-
B τισμένοι ἐν ταῖς νεφέλαις. ἐγεννήθη δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ παιδίον ἐντελὲς μὲν τὰ ὁλομερῆ, ὀφθαλμὸν δὲ ἔχον ἕνα ἐν μέσῳ τοῦ μετώπου, χεῖρας δὲ τέσσαρας καὶ πόδας τέσσαρας καὶ πώγωνα. Λιβάνιος δὲ ὁ σοφιστὴς καὶ Ἰάμβλιχος ὁ Πρόκλου διδάσκαλος ἐποίησαν τὴν λεγομένην ἀλεκτορομαντείαν· γράψαντες γὰρ τὰ κδʹ γράμματα ἐπὶ κόνεως, καὶ ἐπιθέντες καθʼ ἕκαστον γράμμα κόκκον σίτου, ἀπέλυσαν ἀλέκτορα ἐπὶ τὰ γράμματα, καὶ ἔλαβεν ὁ ἀλέκτωρ τὸν ἐν τῷ θ κόκκον, ἔπειτα τὸν ἐν τῷ ε καὶ ο καὶ τὸν ἐν τῷ δ. καὶ ἐγένετο ἡ τούτων μαντεία ἀμφίβολος· τοιαῦτα γὰρ
C τὰ τῶν τοιούτων ἀπατηλά. τοῦτο μαθὼν Οὐάλης πολλοὺς Θεοδοσίους καὶ Θεοδότους καὶ Θεοδώρους καὶ τοὺς ὁμοίως ἐγκειμένους τοῖς γράμμασι τούτοις ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἀναιτίως ἐκόλασεν. Ἰάμβλιχος δὲ φοβηθεὶς φάρμακον πιὼν ἀπέθανε. μαθὼν δὲ ἐν

gnum furore incitatus. ac tum ea egit quae Gregorius magnus in oratione Basilii funebri refert. quo tempore etiam Gallus Valentis filius et Dominica Valentis uxor gravi morbo afflicti sunt. ad haec, cum in colloquio cum Valente habito quidam de coquis eius, nomine Demosthenes, Basilium reprehendisset essetque barbarice locutus, ferunt Basilium dixisse "en vidimus etiam Demosthenem illiteratum."

Tertio anno rursus Gotthi in Romanorum dicionem impressione facta provincias viginti plures depopulati sunt, Scythiam Mysiam Thraciam Macedoniam Achaiam et universam Graeciam. visae sunt etiam in aëre effigies virorum armatorum, in nubibus expressae. et Antiocheae puer natus est omnibus membris constans, sed unicum oculum in frontis medio habens, manus quattuor totidemque pedes ac barbam. tunc Libanius sophista et Iamblichus Procli magister galli gallinacei divinationem instituerunt. scribentes enim in pulvere 24 elementa, ac cuivis granum frumenti imponentes, gallum iis immiserunt. atque is granum de litera *th*, item de *e*, de *o* et de *d* abstulit, itaque ambiguam designationem reliquit, quemadmodum id genus res solent imposturarum esse plenae. Valens autem re intellecta multos Theodosios et Theodotos et Theodoros, aliosque quorum nomina ab istis literis inciperent, insontes suppliciis affecit. Iamblichus metuens sibi hausto veneno sibi mortem conscivit. porro Valens Antiocheae de Gotthis cer-

Ἀντιοχείᾳ Οὐάλης περὶ τῶν Γότθων ἦλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. ὕβριζον δὲ αὐτὸν οἱ Βυζάντιοι ὡς ἄνανδρον καὶ φυγοπόλεμον. ἐξερχομένου δὲ αὐτοῦ πρὸς τὸν τῶν Γότθων πόλεμον, Ἰσαάκιός τις μοναχὸς τῶν μεγάλων κρατήσας τοῦ χαλινοῦ τοῦ ἵππου Οὐάλεντος ἔφη πρὸς αὐτόν "ποῦ ἐξέρχῃ, βασιλεῦ, κατὰ θεοῦ στρατευόμενος καὶ θεὸν ἔχων ἀντίπαλον;" τοῦτον ὀργισθεὶς Οὐάλης φρουρᾷ παρέδωκεν, ἀπειλήσας θάνατον εἰ ἐπανέλθοι. πρὸ δὲ τῆς αὐτοῦ D
τελευτῆς, ἐθεάσατο κατ' ὄναρ ἄνδρα τινὰ λέγοντα αὐτῷ "τάχος βάδιζε πρὸς Μίμαντα τὸν μέγαν, ἔνθα μόρος σε δεινὸς ἁρπάσει τάλαν." διυπνισθεὶς οὖν ἠρώτα τίς ἐστι Μίμας, προσκαλεσάμενος δέ τινα τῶν σοφῶν ἐπυνθάνετο παρ' αὐτοῦ τίς ἐστι Μίμας. ὁ δὲ ἔφη αὐτῷ "ὄρος ἐστί, δέσποτα, μέγιστον τῆς Ἀσίας, προσεγγίζον τῇ θαλάσσῃ, πλησίον τῆς νήσου Χίου· οὗ τινὸς καὶ Ὅμηρος μέμνηται, φάσκων ἐν Ὀδυσσείᾳ "παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα." καὶ ὁ βασιλεύς "τίς ἐμοὶ χρεία πρὸς τὸ τοῦ Μίμαντος ὄρος, ἵνα ἐκεῖ τελευτήσω ἀπελθών;" τοῦτο πλάνη δαιμόνων, καὶ εἰδώλων P 314
ἀπατηλῶν ὄνειρος. καὶ μετὰ μικρὸν ἐξῆλθε τῆς Θρᾴκης πολεμήσων τοῖς Σκύθαις. καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς καὶ ἡττηθεὶς κατὰ κράτος φεύγει ἔν τινι χωρίῳ, καὶ εἰσελθὼν ἐν ἀχυρῶνι μετὰ τῶν συνόντων ἐκρύπτετο. τῶν οὖν Σκυθῶν πῦρ ἐμβαλόντων ἀγνοίᾳ τῶν κεκρυμμένων, πάντες οἱ ἐν τῷ οἰκήματι προσπεφευγότες ἀπετεφρώθησαν, γεγονότες πυρίκαυστοι. ὕστερον δὲ μετὰ τὴν τῶν

tior factus Cpolin venit; ibique eum cives ut effeminatum et bellifugam conviciis prosciderunt. eundem ad bellum contra Gotthos exeuntem Isaacius, unus magnorum monachorum, arrepto equi freno ita monuit "quorsum vadis, imperator, contra deum expeditionem faciens, eumque habens adversarium?" iratus Valens eum in custodiam tradidit, minatus se a reditu supplicium de ipso sumpturum. ante suum interitum imperator per quietem vidit virum quendam ita sibi dicentem:

> **celeriter ad magnum Mimantem miser abi,**
> **te mortis atrox ibi corripiet exitus.**

somno solutus quaesivit quisnam esset ille Mimas, quendamque doctum ad se vocatum percontatus est ea de re. is respondit Mimantem esse maximum Asiae montem, qui non procul insula Chio in mare procurrat, cuius et Homerus fecerit mentionem in Ulyssea, his verbis "ventosum pone Mimantem." tum imperator "quid" inquit, "attinet me ad eum montem proficisci, ut ibi moriar?" haec est daemonum impostura et fallacium simulacrorum insomnium. paulo post in Thraciam eduxit, ibique cum Scythis acie congressus, ingenti praelio victus, in quendam pagum confugit; ingressusque cellam in qua paleae repositae erant, cum iis quos fugae habebat comites, ibi sese abdidit. Scythis autem, qui occultatos ibi ignorabant, ignem domui isti iniicientibus, quotquot ibi latebant, omnes cremati et in cineres redacti sunt. postea digressis

πολεμίων ἀναχώρησιν ἀναζητούντων τινῶν τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως, εὑρέθη ἐν ᾧ ἐκρύπτετο οἰκήματι τάφος ἀρχαίου τινὸς ἐπιγεγραμ-
B μένος οὕτως "ἐνταῦθα κεῖται Μίμας Μακεδὼν στρατηγέτης." ὁ δὲ θεῖος Ἰσαάκιος ἐν τῇ φρουρᾷ ὢν τῆς δυσωδίας ἀντελάβετο τῇ τῆς ψυχῆς καθαρότητι, καὶ ἔφη "οὕτως ὁ ἄθλιος Οὐάλης ἄρτι κατακαίεται." ὅπερ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ἐπανελθόντων ἐβεβαιώθη. ἦν δὲ Οὐάλης τὴν ἡλικίαν διμοιραίαν ἔχων, αὐθάδης τὸν τρόπον καὶ ὑπερήφανος καὶ πρὸς αἱμάτων χύσεις ἑτοιμότατος, ἔχων τὰς φρένας ἀσυμπαθεῖς καὶ παντὸς ἐλέους ἀλλοτρίας, αὐστηρίᾳ τὸν λογισμὸν σκοτιζόμενος καὶ πάσης παιδείας ἀμέτοχος. γυνὴ δὲ τούτου Δομνίκα, Ἀρειανὴ διάπυρος.

C Γρατιανὸς ὁ υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ, αἱρετικός, ἐβασίλευσε μόνος ἔτη γ' καὶ μετὰ Θεοδοσίου ἕτερα γ'· ἀπὸ γὰρ τοῦ Βυζαντίου ἐπέμφθησαν πρέσβεις πρὸς Γρατιανὸν ἐν Πανονίᾳ κατερχόμενον, δοθῆναι αὐτοῖς βασιλέα, καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ὁ μέγας Θεοδόσιος ἀναγορευθεὶς βασιλεύς, καὶ ἐκράτησεν ἔτη ιζ' μῆνας ε' ἡμέρας δ'. ἐπὶ Γρατιανοῦ σεισμὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γέγονεν ἐπὶ τοσοῦτον ὡς ἐπὶ πολὺ ὑποχωρῆσαι τὴν θάλασσαν καὶ τὰ πλοῖα ἐπὶ ξηρᾶς ἑστάναι. πλήθους δὲ πολλοῦ ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θεάματι συνδεδραμηκότος, τῶν ὑδάτων ἀθρόως ἐκδραμόντων πέντε μυριάδες ἀνθρώπων κατεποντίσθησαν· καὶ τῆς Κρήτης δὲ καὶ
D Ἀχαΐας καὶ Βοιωτίας Ἠπείρου τε καὶ Σικελίας πλεῖστα μέρη ἀπο-

14 κατεχόμενον?

hostibus cum quidam corpus imperatoris quaererent, repererunt in domo in quam se abdiderat ille, sepulcrum antiqui cuiusdam ita inscriptum "heic situs est Mimas Macedo ductor exercitus." divinus autem Isaacius in custodia detentus puritate animae sensit foetorem, dixitque "ita miser Valens iam comburitur." quod eius dictum ab iis qui a fuga redibant confirmatum est. fuit Valens statura mediocri, moribus contumacibus et superbis, et ad fundendum sanguinem promptissimo animo, ac ab omni miseratione et humanitate alieno; rationique sua austeritate tenebras obducebat, homo nullius disciplinae particeps. uxor eius Dominica Arianam sectam fervidissime colebat.

Gratianus Valentiniani filius imperavit solus annos tres, et alios totidem Theodosio collega. nam Byzantio missi ad Gratianum legati fuerant in Pannoniam, imperatorem urbi poscentes. datus est ergo Theodosius magnus, imperator declaratus. is imperavit annos 17, menses 5, dies 4. sub Gratiano tantus fuit terrae motus Alexandreae, ut aqua maris procul se a littore subduxerit navesque in sicco destituerit. ad quod inusitatum spectaculum cum magna hominum multitudo accurrisset, aqua subito magna vi rediit, et 50000 mortales submersit. eodem tempore magna etiam pars Cretae Achaiae Boeotiae Epiri ac

λέσθαι, τῆς θαλάσσης ἀνελθούσης καὶ ἐπικλυσάσης αὐτά, ὡς
καὶ ἐπὶ τῶν ὀρέων ἀπορριφῆναι πλοῖα ἄχρι σταδίων ἑκατόν.

Μαξιμιανὸς δέ τις Βρεττανός, ὅτι τὸν Θεοδόσιον ὁ Γρα-
τιανὸς βασιλέα ἐποίησεν αὐτοῦ μηδεμιᾶς τυχόντος τιμῆς, διήγειρε
τοὺς ἐν Βρεττανίᾳ ἀντᾶραι Γρατιανῷ. καὶ ἀποστέλλει Ἀνδραγά-
θιον κατ᾽ αὐτοῦ. ὁ δὲ εἰσῆλθεν ἐν φορείῳ καταστέγῳ, φημίζων
τὴν γυναῖκα Γρατιανοῦ εἶναι ἐκ Βρεττανίας ἐπανήκουσαν, ἧς τῇ
ἀγάπῃ Γρατιανὸς κρατηθεὶς τῷ φορείῳ προσῆλθε· καὶ ἀνακαλύ-
ψας βλέπει τὸν Ἀνδραγάθιον, ὃς παραυτὰ διὰ στρατιωτῶν παρ-
εσκευασμένων ὄντων ἐπὶ τούτου Γρατιανὸν διεχειρίσατο. ὃς ἐπὶ
τοσοῦτον εὐστόχως ἐτόξευεν ὡς λέγειν τινὰς τὰ Γρατιανοῦ βέλη P 315
φρένας ἔχειν. μετετέθη δὲ ὑπὸ Θεοδοσίου εἰς τοὺς βασιλικοὺς
τάφους.

Ἀδελφὸς δὲ Γρατιανοῦ ὁμώνυμος τῷ πατρὶ Οὐαλεντινιανῷ,
ἔτι περιών, τοὺς ἐν ἐξορίᾳ ἐπισκόπους ἀνεκαλέσατο καὶ τὰς ἰδίας
ἐκκλησίας ἀπέδωκεν αὐτοῖς, ἐκδιώξας τοὺς Ἀρειανούς, Δαμάσου
τοῦ πάπα Ῥώμης αὐτῷ συμπράττοντος. τότε καὶ ὁ θεολόγος
Γρηγόριος παρρησιαστικώτερον τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ἐδίδασκεν
ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸ εὐκτήριον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἔτι
μικρὸν τυγχάνον, δέκα χρόνους καὶ μικρόν τι πρὸς ἐκεῖσε πεποιη- B
κώς. ἔνθα καὶ παράδοξα γίνεται θαύματα ἐξ ἐμφανείας τῆς
παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν τῆς θεοτόκου. δισσῶς γὰρ λέγεται
ἡ ἐπωνυμία τοῦ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ναοῦ, ἀνάστασις μὲν διὰ

10 τούτῳ?

Siciliae periit, maris alluvione, cum quidem naves in montes sunt eiectae ad centum usque a littore stadia.

Ceterum Maximianus quidam Britannus, cum se praeterito nulloque honore affecto videret Theodosium a Gratiano imperii consortem assumptum, Britannos in Gratianum excitat, mittitque contra eum Andragathium. Andragathius lectica operta vectus rumorem spargit Gratiani uxorem ex Britannia ea advehi. uxoris ergo amore Gratianus ad lecticam aggressus, cum eam aperuisset, Andragathium intus offendit, cuius iussu a militibus ad hoc comparatis illico trucidatur. Gratianus tanta fuit iaculandi peritia, ut quidam dicerent eius spicula esse mente praedita. corpus eius in imperatoria monimenta Theodosius rettulit.

Frater autem Gratiani superstes, patris Valentiniani nomen gerens, episcopos ab exsilio revocat, suasque iis reddit ecclesias, profligatis Arianis. qua in re est a Damaso Romano papa adiutus. tunc et theologus Gregorius maiori cum libertate veritatem Cpoli docuit in oratorio sanctae Anastasiae, quod adhuc erat exiguum, decennium ibi et paulo amplius moratus. ibi quoque inaudita miracula sunt edita a castissima dei genitrice. duplex enim perhibetur ratio nominis templi sanctae

τὸ τὸν τῆς ὀρθοδοξίας λόγον ἐν ταύτῃ ἀναστῆναι, Ἀναστασία δὲ διὰ τὸ συμβὰν εἰς αὐτὴν θαυματούργημα· λέγεται γὰρ γυναῖκά τινα ἄνωθεν πεσοῦσαν ἀποθανεῖν, γενομένης δὲ κοινῆς εὐχῆς ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων ταύτην ἀναστῆναι. μικροῦ δὲ ὄντος τότε τοῦ εὐκτηρίου, ὕστερον ἐπὶ τοῦ ὁσίου Μαρκιανοῦ ἀνοικοδομηθῆναι καθὼς ὁρᾶται.

Θεοδόσιος μέντοι βασιλεὺς τῷ γένει μὲν Ἴβηρ ἦν τῶν ἑσπερίων, εὐγενὴς δέ τις καὶ θαυμάσιος περὶ τοὺς πολέμους. οὗτος C εὐθὺ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ βαρβάρους κατὰ κράτος ἐνίκησεν, εὐσεβὴς ὢν καὶ ὀρθόδοξος. οὗτος ἦν τὴν μὲν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος σύμμετρος, ἄμεμπτος ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, ὑπέρυθρος τῷ προσώπῳ, ξανθὴν ἔχων τὴν τρίχα, τὴν ῥῖνα λεπτὴν καὶ ἐπίγρυπον, χαρίεις τὴν ὁμιλίαν, τὸν τρόπον δὲ χαριέστατος, ἔχων γυναῖκα ὀνόματι Πλακίλλαν, ἐξ ἧς ἔσχεν Ἀρκάδιον καὶ Ὁνώριον· ἧς τελευτησάσης Γάλλαν ἀδελφὴν Γρατιανοῦ ἔγημεν. ἐν Θεσσαλονίκῃ δὲ ὤν, νόσῳ περιπεσών, βαπτίζεται ὑπὸ Ἀσχολίου τοῦ ἐπισκόπου. καὶ νόμον ὑπὲρ τῶν ὀρθοδόξων τοῦ ὁμοουσίου ἔγραψεν, ὃν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπέστειλαν. ἐλθὼν δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει Δημοφίλῳ ἐδήλωσεν ἢ ἀποστῆναι τῆς Ἀρείου D πλάνης ἢ ταχέως τῆς ἐκκλησίας ἐξελθεῖν. ὁ δὲ τὸ πλῆθος τῶν Ἀρειανῶν συνάξας ἔξω τῆς πόλεως ἐκκλησίαζεν, ἔχων καὶ Λούκιον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον Ἀρειανὸν σὺν αὐτῷ. καὶ οὕτω λοιπὸν ὁ θεῖος Γρηγόριος, μεθ' ὧν αὐτὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν

Anastasiae, una, quod ibi resurrexit verae religionis doctrina, altera a miraculo ibi edito. fertur enim quandam mulierem de sublimi lapsam exspirasse et Christianorum publicis precibus in vitam revocatam. id oratorium cum eo tempore esset parvum, postea temporis pius imperator Marcianus ad eam molem exstruxit qua nunc visitur.

Theodosius imperator natione fuit Hispanus, nobilis et bello admirandus, pius et verae religionis professor. is statim barbaros in Thracia magno praelio superavit. statura fuit mediocri, a calce ad verticem usque inculpata; subrufus faciem, fulvo capillo, naso tenui et incurvo, gratiosus in colloquio, moribus venustissimis. uxorem habuit Placillam, quae eum Arcadio et Honorio patrem fecit. ea mortua Gallam duxit, Gratiani sororem. Thessalonicae degens cum in morbum incidisset, baptizatus est ab Ascholio episcopo. legemque tulit pro orthodoxis de filio patris consubstantiali, eamque Cpolin misit. ipse quoque eo cum venisset, Demophilum aut ab errore Arii desistere aut mox ecclesia decedere iussit. Demophilus multitudine Arianorum conducta conciones extra urbem habuit; eratque cum eo Lucius, Alexandreae episcopus Arianus. ita demum beatus Gregorius, et quos ille

ἐφώτισε, τὰς ἐκκλησίας πάσας παρέλαβε, τεσσαράκοντα ἔτη καὶ μικρόν τι πρὸς κατασχόντων αὐτὰς τῶν Ἀρειανῶν.

Τῷ ε' ἔτει Θεοδοσίου ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔτεκε γυνὴ ἐν ταὐτῷ παιδία τέσσαρα ἀρρενικά· ἐπέζησε δὲ μῆνας δύο, καὶ ἀπέθανεν ἓν ἐπὶ ἑνὶ τὰ τέσσαρα.

Τῷ ς' ἔτει ἡ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία δευτέρα σύνοδος P 316
τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ὀρθοδόξων ἐπισκόπων ἐν Κωνσταντινουπόλει συνηθροίσθη πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων καὶ κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου· ὑπῆρχον δὲ Τιμόθεος Ἀλεξανδρείας, Μελέτιος Ἀντιοχείας, Κύριλλος Ἱεροσολύμων καὶ Γρηγόριος ὁ θεολόγος. ἀναθεματίζεται δὲ Μακεδόνιος κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος βλασφημῶν, καὶ σὺν αὐτῷ Σαβέλλιος καὶ Ἀπολινάριος, ἔτι δὲ Ἄρειος καὶ Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας Εὐζώϊός τε καὶ Ἀκάκιος, Θεόγνις καὶ Εὐφρόνιος καὶ οἱ λοιποὶ αἱρετικοί. ἀπέχει δὲ ἡ δευτέρα σύνοδος ἀπὸ τῆς πρώτης ἔτη ξ'. Γρηγορίῳ δὲ τῷ θεολόγῳ τὴν ἐπισκοπὴν Κωνσταντινου- B
πόλεως ἡ σύνοδος ἐκύρωσεν ὡς πολλὰ καμόντι καὶ τῆς λώβης τῶν αἱρέσεων τὴν ἐκκλησίαν ἐλευθερώσαντι. τινὰς δὲ τῶν ἐξ Αἰγύπτου μαθὼν ὁ μακαριώτατος τῷ πράγματι φθονήσαντας, τὸν συντακτήριον ἐπιδειξάμενος λόγον ἑκουσίως τοῦ θρόνου τῆς βασιλίδος ὑπεχώρησε, δύο χρόνους μόνον ταύτης ἐπισκοπήσας. Νεκτάριον ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ σύνοδος προχειρίζονται, ἀβάπτιστον ἕως τότε τυγχάνοντα. προσέθηκε δὲ τῷ συμβόλῳ καὶ τὴν θεο-

verae fidei doctrina illuminaverat, omnia templa receperunt, ab Arianis paulo amplius quadraginta annis occupata.

Quinto anno imperii Theodosiani quaedam mulier Antiocheae uno partu quattuor masculos edidit: supervixit menses duos. infans unus post alium obiit.

Sexto anno magnum secundum sacrum oecumenicum concilium Cpoli celebratum est a 150 orthodoxis episcopis, ad confirmanda Nicaeae synodi decreta ac contra Macedonium spiritus sancti impugnatorem. praefuerunt Timotheus Alexandreae, Meletius Antiocheae, Cyrillus Hierosolymorum episcopi, et Gregorius theologus. damnati sunt Macedonius, impie in spiritum sanctum contumeliosus, cumque eo Sabellius, Apolinarius, Arius, Eusebius Nicomediae episcopus, Euzoius, Acacius, Theognis, Euphronius et reliqui haeretici. secunda synodus a prima abfuit annis sexaginta. ea Gregorio theologo episcopatum Cpolitanum decrevit ut qui multos labores pertulisset, ecclesiamque haereticorum labe expurgasset. sed cum is videret quosdam Aegyptios rei invidia correptos, pronuntiata de constituenda concordia oratione ultro se solio regiae urbis abdicavit, cum biennium episcopatum eius gessisset. eius in locum imperator et concilium Nectarium deligunt, nondum adhuc baptizatum. id concilium symbolo adiecit doctrinam de spiritu sancto;

λογίαν τοῦ πνεύματος. ἐξέθετο δὲ καὶ κανόνας ἐν οἷς τῷ θρόνῳ
C Κωνσταντινουπόλεως τὰ πρεσβεῖα Ῥώμης ἀπένειμε. τότε καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ προδρόμου ἐν Κωνσταντινουπόλει ἤχθη, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Τῷ ζ' ἔτει τούτου Θεοδόσιος ὁ Αὔγουστος Ὁνώριον υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἐκ Πλακίλλης ὕπατον ἀνέδειξε καὶ πολεμεῖν τῷ τυράννῳ Μαξίμῳ ηὐτρέπισε.

Τῷ η' ἔτει ἐν Παλαιστίνῃ, ἐν κώμῃ Ἐμμαοῦς λεγομένῃ, παιδίον ἐγεννήθη τέλειον ἀπὸ ὀμφαλοῦ καὶ ἄνω διῃρημένον, ὃ εἶχε δύο στήθη, δύο κεφαλάς, καὶ ἕκαστον τὰς αἰσθήσεις εἶχε. τὸ ἓν ἤσθιε καὶ ἔπινε, τὸ δὲ ἕτερον οὐχί· τὸ ἓν ἐκάθευδε, καὶ τὸ ἕτερον ἐγρηγόρει. ἔστι δ' ὅτε καὶ συνέπαιζον πρὸς ἄλληλα, καὶ
D ἔκλαιον ἀμφότερα, καὶ ἔτυπτον ἄλληλα. ἔζησαν δὲ ἔτη δύο, καὶ τὸ μὲν ἓν ἀπέθανε, τὸ δὲ ἕτερον μετὰ τέσσαρας ἡμέρας ἐτελεύτησεν.

Τῷ ς' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου γέγονεν ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος τῶν ρν' ἁγίων πατέρων, ἐπὶ Δαμάσου πάπα Ῥώμης, ἧς ἡγοῦντο Τιμόθεος Ἀλεξανδρείας, Μελέτιος Ἀντιοχείας, Κύριλλος Ἱεροσολύμων καὶ Γρηγόριος ὁ θεολόγος, κατὰ Μακεδονίου γεγονότος ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὃς ἔτι περιὼν ὡσαύτως τῷ Ἀρείῳ ἐβλασφήμει. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μὴ εἶναι θεὸν
P 317 ἀληθινὸν ἀλλὰ κτίσμα καὶ αὐτὸ ὑπελάμβανεν. ὀλίγου δὲ καιροῦ

3 ἐκ Κωνσταντινουπόλεως P: cf. p. 321 c.

et canones edidit, in quibus sedi Cpolitanae post solium Romanum primus locus adsignatur. tum etiam caput Ioannis baptistae et corpus Pauli confessoris Cpolin advecta sunt.

Anno 7 Theodosius Augustus Honorium, suum ex Placilla filium, consulem creavit, seque ad bellum tyranno Maximo faciendum paravit.

Anno 8 Emmaunte Palaestinae pago infans natus est ab umbilico sursum dissectus in duo pectora duoque capita, et utraque pars sensu erat praedita. edente altera aut bibente altera abstinebat, una dormiente altera vigilabat; aliquando inter se colludebant, flebant simul, altera alteram percutiebant. vixerunt annos duos, et altera mortua quatriduo post altera decessit.

Sextum annum imperante Theodosio magno, secundum sacrum oecumenicum concilium Cpoli actum est a 150 patribus, Damaso tum Romae papa. praefuerunt Timotheus Alexandreae, Meletius Antiocheae, Cyrillus Hierosolymae episcopi et Gregorius theologus. res gesta contra Macedonium, qui fuerat episcopus Cpolitanus, adhuc superstitem. is et Arii errorem sequebatur, et spiritum sanctum negabat esse verum deum, sed creaturam esse indicabat. post exiguum tempus

παρῳχηκότος μαθὼν ὁ θεῖος Γρηγόριός τινας τῶν ἐξ Αἰγύπτου τῷ λόγῳ αὐτοῦ φθονήσαντας, τὸν συντακτήριον ἐπιδειξάμενος λόγον τῆς ἐπισκοπικῆς διοικήσεως ὑπανεχώρησε. καὶ πρὸς τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ κτῆμα αὐτοῦ ἀπελθών, μικρόν τι ἡσυχάσας ἐν αὐτῷ καὶ τῶν πολλῶν ἠρεμήσας θορύβων καὶ ἐν μείζονι γενόμενος θεωρίᾳ τὸν βίον ὑπαλλάττει, πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν, τῶν τοῦ πνεύματος ἁπάσης γνώσεως καὶ θεωρίας ἔμπλεως. ἡ δὲ ἁγία σύνοδος Μακεδόνιον ἀναθεματίζει, σὺν αὐτῷ καὶ Σαβέλλιον τὸν Λίβυν ἓν πρόσωπον ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος δοξάζοντα, ἔτι δὴ καὶ Ἀπολινάριον τὸν Λαοδικέα λέγοντα τὸν ἐνανθρωπήσαντα λόγον B ἄνθρωπον εἶναι, ἀντὶ δὲ νοὸς τὸν λόγον ἀρκεῖν τῇ ψυχῇ. ἐκήρυξε δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ζωοποιὸν καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, προστεθεικυῖα εἰς τὸ ἅγιον σύμβολον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν καὶ τὰ ἑξῆς.

Τότε ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος ἐδυσώπει τὸν βασιλέα ἐξελαθῆναι τοὺς Ἀρειανοὺς ἐκ πασῶν τῶν πόλεων. ὁ δὲ ἀπηνεστέραν ὑπολαβὼν τὴν αἴτησιν οὐχ ὑπήκουσε. καὶ τότε μὲν ὁ σοφώτατος Ἀμφιλόχιος ἐσίγησε, μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ ἐντὸς τῶν βασιλείων γενόμενος τὸν μὲν βασιλέα ἠσπάσατο ὡς εἰκός, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ σὺν αὐτῷ ἑστῶτα βασιλικῶς ἀγέραστον κατέλιπε. καὶ ὁ βασιλεὺς νομίσας C ἐπιλησθῆναι τὸν Ἀμφιλόχιον ἀσπάσασθαι καὶ τὸν υἱὸν βασιλικῶς προσέταξεν. ὁ δὲ ἀποχρῆν ἔφη τὴν παρ᾽ αὐτοῦ προσενεχθεῖσαν αὐτῷ ἰδιωτικῶς τιμήν. ὃν ὁ βασιλεὺς χαλεπήνας οἰκείαν ἔλεγεν

Gregorius animadvertens quosdam Aegyptios dignitati suae invidere, oratione de constituenda ecclesia edita episcopatu se abdicavit, et ad suum in Cappadociam praedium rediit, ubi aliquantulum quiete refectus tumultibusque variis subductus, ac rerum divinarum contemplationi maiori otio deditus, senex vitaeque satur decessit. vir fuit spiritu omnisque cognitionis et contemplationis plenus. ceterum sanctum concilium damnavit Macedonium, cumque eo Sabellium Afrum, qui unam tantum trinitatis personam asserebat, et Apolinarium Laodicensem, qui verbum in homine mentis vacuo habitasse tradebat, ac loco mentis animae verbum fuisse. pronuntiavit autem concilium spiritum sanctum esse deum vivificum, eiusdem cum patre essentiae ac cum filio; addiditque symbolo de spiritu sancto haec verba "dominum, vivificum" etc.

Eo tempore magnus ille Amphilochius ab imperatore contendit ut omnibus urbibus Arianos eiiceret. sed cum rex id negaret ut cui crudelior illa petitio videretur, tacuit tum vir sapientissimus. non multo post autem cum in regiam venisset, imperatorem, uti par erat, honorifice salutans, filium patri regio habitu adstantem inhonoratum praeteriit. imperator id oblivione factum credere, hortarique Amphilochium ut filio quoque qui regi debetur salutandi honorem exhiberet. Amphilochius dicere privatam ei salutationem satis esse. cum indignaretur

εἶναι τὴν τοῦ υἱοῦ ἀτιμίαν. καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος ἐξεβόησεν "ὁρᾷς,
ὦ βασιλεῦ, πῶς οὐ φέρεις τὴν τοῦ υἱοῦ ἀτιμίαν; πίστευσον οὖν
καὶ τὸν θεὸν τοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ βλασφημοῦντας βδελύττεσθαί τε
καὶ ἀποστρέφεσθαι." τοῦτο ἀκούσας ὁ βασιλεὺς καὶ σφόδρα
θαυμάσας νόμιον ἔγραψεν εὐθὺς τὰς τῶν αἱρετικῶν συνάξεις κω-
λύοντα. τούτῳ τῷ ἀγαθῷ φθονήσας ὁ μισόκαλος δαίμων ὠμόν
D τι καὶ ἀπάνθρωπον παρεσκεύασε γενέσθαι. ἀπὸ γὰρ Κωνσταν-
τινουπόλεως ἐπὶ Ῥώμην ὁ βασιλεὺς τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος ἐν
Θεσσαλονίκῃ κατὰ πάροδον γέγονε, τῶν δὲ στρατιωτῶν αὐτοῦ
ταραξάντων τὴν πόλιν διὰ μιτάτα ἐστασίασαν οἱ Θεσσαλονικεῖς,
καὶ τὸν μὲν βασιλέα ὕβρισαν, τινὰς δὲ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ ἐλι-
θοβόλησαν. ὁ βασιλεὺς δὲ ταῦτα μαθὼν καὶ τὴν ῥύμην τοῦ θυ-
μοῦ μὴ ἐνεγκὼν τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως ἐκείνης τὴν ψῆφον τῆς
τιμωρίας ἐπέτρεψεν· ὃς τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν εἰληφὼς οἷα δὴ
αὐτόνομος τύραννος ἄδικα ξίφη κατὰ πάντων ἐγύμνωσε, καὶ τοὺς
ἀθώους μετὰ τῶν ὑπευθύνων κατέκτεινε χιλιάδας ἑπτά, ὡς δέ
P 318 τινες, πεντεκαίδεκα. ταύτην τὴν συμφορὰν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος
ἀκηκοώς, Μεδιολάνων ἐπίσκοπος — πόλις δὲ τῆς Ἰταλίας αὕτη,
εἰς ἣν ἀφικομένου τοῦ βασιλέως καὶ συνήθως εἰς τὸν ναὸν βουλη-
θέντος εἰσελθεῖν ἔξωθεν τῶν προθύρων συναντήσας ὁ ἅγιος ἐκώ-
λυσε τὴν εἴσοδον, λέγων αὐτῷ μετὰ παρρησίας "οὐκ οἶδας, ὡς
ἔοικε, βασιλεῦ, τῆς εἰργασμένης παρανομίας τὸ μέγεθος· οὐδὲ
γὰρ ἐᾷ σε τῆς βασιλείας ἴσως ἡ δυναστεία τὴν ἁμαρτίαν ἐπιγνῶ-

imperator et filio illatam contumeliam ad se spectare diceret, Amphilochius alta voce "viden" inquit, "imperator, te non ferre ignominiam filio tuo factam? proinde deum quoque credere debes aversari et odisse eos qui filio eius impie obtrectant." hoc audito imperator valde miratus statim legem fert, qua conventus haereticorum prohibentur. huic bono diabolus, omnis boni osor, invidens saevi atque inhumani facinoris auctor fuit. nam cum imperator Cpoli Romam proficiscens eo itinere Thessalonicam divertisset, militesque urbem quibusdam rebus conturbassent, Thessalonicenses seditione facta imperatorem iniuriis affecerunt et quosdam eius praefectos lapidibus obruerunt. imperator re inaudita, irae impetum non sustinens, praefecto urbis eius facinus id vindicandum commisit. is tantum potentiae adeptus, ut erat legibus solutus tyrannus, iniustos gladios contra cives strinxit, insontesque una cum sontibus trucidavit, milia hominum 7 vel (ut alii tradunt) 15. hanc cladem cum percepisset clarus ille Ambrosius, Mediolani (urbs ea est Italiae) episcopus, imperatori, cum is Mediolanum venisset ac de more templum inire vellet, ante vestibulum obviam se dedit introituque prohibuit, libere dicens "ignoras, ut apparet, imperator, perpetrati flagitii gravitatem; neque te fortassis imperii potestas sinit peccatum agnoscere. nam a purpura deceptus corporis ea velati imbecillitatem nescis. sic

ναι· ὑπὸ γὰρ τῆς ἁλουργίδος ἀπατώμενος ἀγνοεῖς τοῦ καλυπτο-
μένου σώματος τὴν ἀσθένειαν. ἀλλ᾽ ἴσθι, ὡς φθαρτὸς ὢν καὶ
ῥευστός, τοιοῦτόν σοι ὑπάρχει καὶ τὸ τῆς δυναστείας κράτος· μι-
κρὸν δὲ ὕστερον λόγον ἀποδώσεις τῷ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων. B
ποίοις οὖν ὀφθαλμοῖς ὄψει τὸν τοῦ κοινοῦ δεσπότου ναόν; ποίοις
δὲ ποσὶ τὸ δάπεδον ἐκεῖνο πατήσεις τὸ ἅγιον; πῶς δὲ τὰς χεῖρας
ἐκτενεῖς ἀποσταζούσας ἔτι τῶν ἀδίκων φόνων τὸ αἷμα; πῶς δὲ
καὶ τοιαύταις ὑποδέξῃ χερσὶ τὸ ἄχραντον τοῦ δεσπότου σῶμα;
πῶς δὲ καὶ τῷ στόματι προσοίσεις τὸ τίμιον αἷμα, τοσοῦτον διὰ
τὸν τοῦ θυμοῦ λόγον ἐκχέαντι παράνομον αἷμα; λοιπὸν ἄπιθι,
καὶ μὴ πειρῶ τοῖς δευτέροις τὴν πρώτην αὔξειν παρανομίαν. καὶ
δέχου τὸν δεσμόν, ᾧ θεὸς ἄνωθεν γίνεται σύμψηφος." τούτοις
οὖν εἴξας ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις ἐπανῆλθεν εἰς τὰ ἐκεῖσε βασί- C
λεια, στένων καὶ δακρύων. μηνῶν δὲ διελθόντων ὀκτώ, καὶ τοῦ
βασιλέως μὴ ἐξελθόντος ἀλλὰ σφοδρῶς μετανοοῦντος, κατέλαβεν
ἡ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέθλιος ἑορτή. καὶ θεασά-
μενος Ῥουφῖνος ὁ μάγιστρος ὅτι οὐδὲ τὴν συνήθη προέλευσιν βού-
λεται ποιῆσαι ὁ βασιλεύς, λέγει αὐτῷ "εἰ κελεύεις, δέσποτα,
δραμοῦμαι καὶ τὸν ἀρχιερέα πείσω λῦσαί σε τοῦ δεσμοῦ." ὁ δὲ
"οἶδα ἐγὼ" φησί "τὴν Ἀμβροσίου ἀκρίβειαν." ἐπεὶ δὲ πλείοσι
λόγοις χρησάμενος ὁ Ῥουφῖνος πείθειν ὑπέσχετο, ἀπελθεῖν ἐκέ-
λευσε. τῇ ἐλπίδι δὲ βουκοληθεὶς ἠκολούθησε καὶ αὐτὸς μετ᾽ ὀλί-
γον. αὐτίκα τοίνυν ἰδὼν τὸν Ῥουφῖνον Ἀμβρόσιος ἔφη "τὴν
κυνῶν ἀναίδειαν, ὦ Ῥουφῖνε, ζηλοῖς, τοσαύτης μιαιφονίας γε- D

habe: quemadmodum corpus tuum fluxum est atque caducum, tale etiam esse tui imperii robur, ac te paulo post factorum tuorum regi regum rationem redditurum. quibus vero oculis intueberis communis domini templum? quibus pedibus sacrum illud solum calcabis? quomodo manus intendes etiamnum iniustarum istarum caedium sanguinem stillantes? quomodo talibus manibus excipies inviolatum domini corpus? quomodo venerandum sanguinem ori tuo admovebis, cuius sermone ab irae furore profecto tantum sanguinis per nefas fudisti? proinde abi hinc, neque conare priori flagitio novum addere, sed vinculum patere, quod deus superne comprobat." his verbis cedens imperator in regiam eius urbis recessit, gemens atque plorans. mensibus inde octo elapsis, et rege in publicum non prodeunte sed poenitentia sese affligtante, feriae natalitiae domini appetierunt. ibi Rufinus magister, videns ne de more quidem proditurum, ita affatur: "si vis, domine, accurram ad episcopum, eique persuadebo ut te vinculo solvat." "novi" inquit imperator "Ambrosii praecisam iustitiam." tandem Rufinum multa locutum de re, ac pollicitum se solutionem impetraturum, dimisit; ac non multo post ipse iactatus spe subsecutus hominem est. Ambrosius simulatque Rufinum conspexit, "aemularis" ait "canum impudentiam, Rufine, qui tam scele-

νόμενος μέτοχός τε καὶ σύμβουλος. ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάλιν αὐτὸν κωλύσω τῶν ἱερῶν ἐπιβῆναι προθύρων." ταῦτα ἀκούσας Ῥουφῖνος ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ ταχέως. ὁ δὲ βασιλεὺς κατὰ μέσην τοῦτο μαθὼν "ἀπέλθω" φησὶ "καὶ τὰς δικαίας δέξομαι παροινίας." εἶτα παραγενόμενος εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐδυσώπει τὸν ἀρχιερέα λυθῆναι τοῦ δεσμοῦ. καὶ ὁ μὲν τυραννικὴν ἀπεκάλει τὴν παρουσίαν, καὶ κατὰ θεοῦ μεμηνέναι· ὁ δὲ μετὰ σκυθρωπότητος καὶ πολλῆς κατανύξεως "οὐ θρασυνόμενος" ἔφη "κατὰ τῶν ἁγίων κανόνων, ἀλλὰ λῦσαί με τῶν δεσμῶν ἀξιώσων ἐλήλυθα." "καὶ
P 319 ποίαν" φησὶ "μετάνοιαν ἔδειξας μετὰ παρανομίαν τοσαύτην; ἢ ποίοις φαρμάκοις ἀξίως ἐθεράπευσας τὰ δυσίατα τραύματα;" καὶ ὁ βασιλεὺς "σὸν ἔργον ἐστὶ τὸ δεῖξαι μὲν καὶ κεράσαι τὰ φάρμακα, ἐμὸν δὲ τὸ δέξασθαι." τότε λοιπὸν Ἀμβρόσιος λέγει "ἐπειδὴ τῷ θυμῷ τὸ δικάζειν ἐπιτρέπεις, γράψον νόμον τοῦ θυμοῦ τὰς ψήφους ἀργὰς ποιοῦντα, καὶ ἡμέρας λ' αἱ φονικαί τε καὶ δημευτικαὶ μενέτωσαν γνώσεις ἐν γράμμασι, τὴν τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ ἐκδεχόμεναι κρίσιν." ὃν εὐθὺς τοῦ βασιλέως κελεύσαντος γραφῆναι καὶ διὰ τῆς οἰκείας χειρὸς βεβαιώσαντος, διέ-
B λυσε τὸν δεσμὸν Ἀμβρόσιος καὶ εἰσελθεῖν αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπέτρεψεν. ὁ δὲ εἰσελθών, πρηνὴς ἐπ' ἐδάφους πεσών, ἐβόα μετὰ κραυγῆς "ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου· ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου, κύριε." καὶ ταῖς χερσὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς ἔτιλλε, τὰς ὄψεις ἔτυπτε, καὶ τὴν γῆν τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχε, καὶ

stae caedis socius ac suasor fuisti. et quidem ego denuo imperatorem foribus templi prohibebo." haec audita celeriter Rufinus imperatori nuntiavit. imperator media iam via confecta nuntium accipiens, "adibo" inquit, "meritasque perferam contumelias." ut in templum venit, ab episcopo maiorem in modum flagitavit ut se vinculis solveret, Ambrosius vero tyrannicum esse hunc adventum et imperatorem contra deum furere dixit. sed Theodosius gravi moestitia ac dolore cordis compunctus, respondere non se sacris canonibus ferociter repugnandi causa adesse, sed liberationem vinculorum efflagitandi. interrogatus ab episcopo quam post tantum facinus resipiscentiam demonstrasset, quibusve remediis sanatu difficilia ista vulnera procurasset, "tuum est" inquit "medicamenta docere atque temperare, meum imperata facere." ibi demum Ambrosius ait "quoniam in iudicando iram es secutus, legem nunc pone quae irae decreta rescindat, ut sententiae capitales et de publicatione bonorum perscriptae suspendantur per triginta dies, dum recta ratione examinatae diiudicentur." cum legem eam statim dictaret Theodosius et sua manu subscriptam confirmaret, Ambrosius vinculo eum solvit passusque est in templum intrare. Theodosius ingressus pronus in pavimentum procubuit, altaque voce clamavit (Psalm. 118) "anima mea solo affixa est: vivifica me domine secundum verbum tuum." manibus quoque crines capitis evellit, faciem feriit, terram lacrimis humectavit,

τὸν θεὸν ἐδυσώπει ἄχρι τῆς ὥρας τῆς μεταλήψεως. τότε δὲ διαναστὰς καὶ πλησίον τῶν κιγκλίδων ἐλθών, βουλόμενος εἰσελθεῖν, ἐκωλύθη παρὰ τοῦ Ἀμβροσίου, δηλώσαντος αὐτῷ "ἴσθι, ὦ βασιλεῦ, ὡς μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν ὑπάρχουσι τὰ ἔνδον εἰσιτητά, τοῖς δ' ἄλλοις πᾶσιν ἄβατά τε καὶ ἄψαυστα. ἔξιθι τοίνυν καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως· ἁλουργὶς γὰρ βασιλεῖς, οὐχ ἱερεῖς ποιεῖν εἴωθεν." ὁ δὲ καὶ τοῦτο δεξάμενος ἀσμένως ἀντεδήλωσεν C ὡς οὐκ αὐθαδείᾳ χρώμενος τοῦτο πεποίηκα, ἀλλ' ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ ἔθος εἶναι τοῦτο μεμάθηκα. χάριν δέ σοι ὀφείλω καὶ τῆσδε τῆς ἰατρείας. τοσαύτῃ δὴ καὶ τηλικαύτῃ διέλαμπον ἀρετῇ ὅ τε ἀρχιερεὺς καὶ ὁ βασιλεύς. ἐπανελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἑορτῆς γενομένης, καὶ ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν εὐθὺς ἐξελήλυθεν. Νεκταρίου δὲ τοῦ τηνικαῦτα πατριάρχου δεδηλωκότος μαθεῖν τὴν αἰτίαν "μόγις" ἔφη "βασιλέως καὶ ἱερέως διαφορὰν ἐδιδάχθην· Ἀμβρόσιον γὰρ οἶδα μόνον ἀξίως ἐπίσκοπον καλούμενον." τοσοῦτον ὀνίνησιν ἔλεγχος παρὰ ἀνδρὸς ἀρετῇ λάμποντος προσφερόμενος.

Εἶχε δὲ καὶ ἄλλην ἀφορμὴν ὁ βασιλεὺς ὠφελείας· ἡ γὰρ D τούτου σύζυγος, ἧ Πλακίλλα ὄνομα, τῶν θείων αὐτὸν συνεχῶς ἀνεμίμνησκε νόμων. οὐ γὰρ ἐπῆρεν αὐτὴν τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία, ἀλλὰ τῆς εὐεργεσίας τὸ μέγεθος μεῖζον τὸ περὶ τὸν εὐεργέτην εἰργάζετο φίλτρον. τῶν γὰρ λελωβημένων ἀδελφῶν καὶ τῶν ἄλλως τὸ σῶμα πεπηρωμένων παντοδαπὴν ἐποιεῖτο φροντίδα,

14 τεθεληκότος?

usque ad horam oblationis deum deprecans. tunc surgens et ad cancellos progressus cum intrare vellet, ab Ambrosio est prohibitus, ita monente "scias, imperator, interiora solis sacerdotibus adire fas esse: a reliquis quibusvis ea adiri aut tangi religio est. exi igitur, et inter alios adsta. purpura enim non pontifices facit sed imperatores." hoc quoque aequo animo tulit Theodosius; docuitque se non superbia adductum intrare voluisse, sed quia hunc morem Cpoli didicisset, egitque huius quoque correctionis nomine gratias Ambrosio. tanta et imperator et episcopus virtute illustres fuerunt. quin etiam Cpolin reversus, solenni sacrificio cum in sacra mensa munus suum obtulisset, statim exivit sacrario. et cum a Nectario, qui tum patriarcha erat, causam facti rogaretur, "vix tandem" inquit "discrimen imperatoris et sacerdotis didici. unicum enim Ambrosium novi, qui episcopi nomen merito suo gerat." tantum utilitatis confert obiurgatio, ab homine virtute insigni profecta.

Habebat porro imperator aliam etiam opportunitatem: uxor enim Placilla assidue divinarum eum admonebat legum. non ea ob imperii maiestatem animo efferebatur, sed beneficii magnitudo faciebat ut tanto impensius benefactorem diligeret. Christianos fratres qui morbis tra-

αὐτουργὸς αὕτη γινομένη καὶ δι' ἑαυτῆς ὀρέγουσα κύλικας καὶ τροφὰς παρατιθεῖσα. τοὺς γὰρ ξενῶνας τῶν ἐκκλησιῶν περινο-
P 320 στοῦσα τοὺς κλινοπετεῖς δι' ἑαυτῆς ἐθεράπευσε· καὶ ὅσα οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων ἔργα νενόμισται, αὐτὴ ἐξεπλήρου. καὶ τῷ ὁμόζυγι δὲ καὶ βασιλεῖ συνεχῶς ἐπέλεγεν "ἀεί σε, ὦ ἄνερ, προσήκει λογίζεσθαι τίς μὲν ἦσθα, τίς δὲ γέγονας νῦν. κυβέρνησον οὖν τὴν βασιλείαν ταύτην ἐννόμως, καὶ οὕτω θεραπεύσεις τὸν δεδωκότα." ταύτην τὴν θαυμασίαν καὶ ὄντως ἀξιέπαινον βασίλισσαν συνέβη πρὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀποβιῶναι. μετά τινα δὲ χρόνον ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων βιαζόμενος ὁ βασιλεὺς εἰσφοράν τινα ξένην ταῖς πόλεσιν ἐπιτέθεικεν. ἡ δὲ Ἀντιόχου πόλις τὸ καινὸν τέλος οὐκ ἤνεγκεν· ὁρῶν γὰρ ὁ δῆμος τοὺς εἰσπραττομένους τιμωρουμένους
B ἀρχὴν ἀταξίας ἐλάμβανε, καὶ τὴν χαλκῆν εἰκόνα τῆς πανευφήμου Πλακίλλης κατήνεγκέ τε καὶ πολὺ τῆς πόλεως ἔσυρε. ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς καὶ λίαν χαλεπήνας τά τε τῆς πόλεως ἀφείλετο πρωνόμια καὶ τῇ γειτνιαζούσῃ πόλει τὴν ἡγεμονίαν δέδωκεν· ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδίκεια τὴν Ἀντιόχειαν ἄνωθεν. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐμπρήσειν ἠπείλει καὶ εἰς κώμην τὸ ἄστυ κατασκευάσαι. οἱ δέ γε ἄρχοντες καί τινας ἀνεῖλον, παρ' αὐτὸ συλλαβόντες τὸ τόλμημα, πρὶν γνῶναι τὸν βασιλέα τὴν τραγῳδίαν. ταῦτα δὲ πάντα ὁ βασιλεὺς προσέταττε μέν, οὐκ ἐγίνετο δέ, τοῦ νόμου κωλύοντος ὃν Ἀμβρόσιος ὁ μέγας τεθῆναι παρῄνεσεν. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο
C οἱ τὰς ἀπειλὰς ἐκείνας κομίζοντες, ἐν δέει μὲν ἦσαν ἅπαντες τὰς

ctati aut membris mutilati fuerant, ipsa omni studio curabat, calices eis suis manibus porrigens et cibos apponens. hospitales etiam ecclesiarum domos invisens decumbentibus ministrabat, eaque obibat munera quae servorum aut ancillarum habentur. inculcabat identidem haec marito suo: "semper te, mi vir, reputare convenit quis fueris et quid factus sis. guberna ergo imperium hoc legitime: sic honorabis eum qui dedit." hanc omni admiratione et laude dignam imperatricem contigit ante maritum ex vivis excedere. aliquando post Theodosius continentibus bellis coactus est novum civitatibus tributum imperare. Antiocheae cives eam exactionem non tulerunt; cumque supplicio afficerentur qui dependere recusassent, tumultu excitato aeream laudatissimae Placillae statuam deiecerunt et magnam per urbis partem raptaverunt. hoc audito facinore imperator gravissima exarsit indignatione, et Antiocheam privilegiis suis spoliavit, principatumque Laodiceae vicinae iampridem aemulae assignavit. praeter haec incendium quoque urbi, et se eam in pagum mutaturum minatus est. praefecti etiam quosdam in ipso deprehensos facinore interfecerant, priusquam tragoedia imperatori exponeretur. ceterum haec omnia imperator mandavit quidem, non tamen perfecit, lege impeditus quam monitu Ambrosii tulerat. ut Antiocheam venerunt istarum minarum denuntiatores, sane earum metu universos

ἀπειλὰς πεφρικότες, καὶ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπορίσαντο, οἱ δὲ ἐν
τοῖς ὄρεσιν οἰκοῦντες τῆς ἀρετῆς ἀσκηταὶ (πολλοὶ δὲ ἦσαν οὗτοι
καὶ ἄριστοι) πολλὰς τὰς παραινέσεις καὶ παρακλήσεις τοῖς ἐκ τοῦ
βασιλέως ἀποσταλεῖσι προσήνεγκαν. ἀλλὰ καὶ Μακεδόνιος ὁ θειό-
τατος, οὐδὲν μὲν τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιστάμενος, καὶ τῶν θείων
δὲ λογίων πάμπαν ἄπειρος ὤν, ἐν δὲ ταῖς τῶν ὀρῶν κορυφαῖς
διαιτώμενος καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν τοῦ θεοῦ δεόμενος, οὐ τοῦ βα-
σιλέως τὴν ὀργὴν καταπλαγεὶς οὔτε τῶν σταλέντων τὴν ἐξουσίαν,
ἐν μέσῳ τῷ ἄστει γενόμενος, τῆς χλαμύδος θατέρου τῶν ἀποστα- D
λέντων λαβόμενος ἀποβῆναι τοῦ ἵππου κελεύει. οἱ δὲ μικρὸν γε-
ρόντιον ἰδόντες εὐτελῆ ῥάκια περιβεβλημένον πρῶτα μὲν ἐχαλέπη-
ναν, ἐπειδή δέ τινες τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐζήλωσαν ἀρετήν, ἀπέβησάν
τε τῶν ἵππων καὶ τῶν ἐκείνου γονάτων ἐπιλαβόμενοι συγγνώμην
ἐζήτουν. ὁ δὲ τῆς θείας σοφίας ἐμφορηθεὶς τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς
ἐχρήσατο λόγοις "εἴπατε, ὦ φίλοι ἄνδρες, τῷ βασιλεῖ· οὐ βασι-
λεὺς εἶ μόνον ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος· μὴ τοίνυν μόνην ὅρα τὴν βα-
σιλείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν λογίζου. ἄνθρωπος γὰρ ὢν ὁμο-
φυῶν βασιλεύεις. κατ' εἰκόνα δὲ θείαν καὶ ὁμοίωσιν ἡ τῶν ἀν-
θρώπων δεδημιούργηται φύσις. μὴ τοίνυν ὠμῶς οὕτως καὶ ἀπη- P 321
νῶς τοῦ θεοῦ τὴν εἰκόνα κατασφαγῆναι κελεύσῃς· παροξύνῃς γὰρ
τὸν δημιουργόν, τὴν ἐκείνου κολάζων εἰκόνα. σκόπησον γὰρ ὡς
καὶ σὺ χαλκῆς ἕνεκα δυσχεραίνων εἰκόνος ταῦτα ποιεῖς. ὅσον δὲ
τῆς ἀψύχου διαφέρει ἡ ἔμψυχός τε καὶ ζῶσα καὶ λογική, δῆλον

magnus terror invasit, et fuga salutem quaesiverunt. at monachi qui in montibus virtutem exercebant, qui iis locis erant et plurimi et optimi, missos ab imperatore multis verbis deprecati sunt. quo tempore etiam divinissimus Macedonius, nullius earum quae ad vitam hanc degendam faciunt artium gnarus, atque sacrarum etiam prorsus imperitus literarum, solitus in verticibus montium degere ac deum noctes diesque deprecari, nihil iram imperatoris metuens aut eius legatorum potentiam, in mediam urbem se contulit, alterumque eorum chlamyde apprehensum equo descendere iussit. legati homunclonem senem inspicientes, pannis vilibus obsitum principio indignari: mox a quibusdam de virtute hominis certiores facti ab equis descenderunt, genuaque eius tangentes veniam rogarunt. at Macedonius divina impletus sapientia, ita eos est affatus: "dicite, amici, meis haec verbis imperatori. non imperator tantum es, sed etiam homo: non itaque imperium modo, sed naturam quoque reputa. quippe homo cum sis, in eiusdem naturae participes imperium tenes. iam hominum natura ad imaginem et similitudinem dei efficta est. noli igitur tam crudeliter et immaniter imaginem dei neci destinare: opificem enim irritabis eius imaginem vastando. considera etiam te aereae imaginis causa iratum haec agere. neque vero cuiquam sanae mentis homini ignotum est quantum inanimae huic praestet ani-

ἅπασι τοῖς νοῦν ἔχουσι. πρὸς δὲ τούτοις λογίσασθε κἀκεῖνο, ὡς ἡμῖν μὲν ῥᾴδιον ἀντὶ τῆς μιᾶς εἰκόνος πολλὰς δημιουργῆσαι χαλκᾶς, αὐτῷ δὲ πάμπαν ἀδύνατον μίαν γοῦν τῶν ἀναιρεθέντων δημιουργῆσαι τρίχα." ταῦτα ἀκούσαντες οἱ θαυμάσιοι ἄνδρες ἐκεῖνοι διεπόρθμευσαν τὰ εἰρημένα τῷ βασιλεῖ καὶ τὴν τοῦ θυμοῦ
B κατέσβεσαν φλόγα· καὶ ἀντὶ τῶν ἀπειλῶν ἐκείνων ἀπολογίαν ἔγραψε, καὶ τῆς ὀργῆς τὴν αἰτίαν ἐδήλωσεν· οὐκ ἔδει γάρ φησιν ἐμοῦ πλημμελήσαντος γυναῖκα πάσης εὐφημίας ἀξιωτάτην τοσαύτην μετὰ τὴν τελευτὴν δέξασθαι παροινίαν, κατ' ἐμοῦ δὲ ἐχρῆν τὸν θυμὸν τοὺς ἀγανακτοῦντας ὁπλίσαι. προστέθεικε δὲ ὡς ἀλύει καὶ ἀνιᾶταί τινας ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀνῃρῆσθαι μαθών. ἐγὼ δὲ ταῦτα διεξῆλθον, καὶ τοῦ πανευφήμου μονάζοντος τὴν παρρησίαν οὐχ ἡγησάμενος δίκαιον παραδοῦναι λήθῃ, καὶ τὸν νόμον ἐκεῖνον ὀνησιφόρον δεικνὺς ὃν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος γραφῆναι παρῄνεσεν.

C Ἐπὶ τούτου τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου καὶ ἡ τιμία κεφαλὴ τοῦ τιμίου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἤχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, εὑρεθεῖσα μὲν πρότερον παρά τισι μοναχοῖς τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως, οἵτινες ἐξ Ἱεροσολύμων εἰς Κιλικίαν ἐλθόντες διέτριβον. Μαρδονίου δὲ τοῦ εὐνούχου τοῦτο μαθόντος καὶ μηνύσαντος Οὐάλεντι, μετεκομίζετο ἐκ προστάξεως αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει. ὡς δὲ κατέλαβεν ἐν κώμῃ Κοσιλαοῦ, οὐκέτι μετῆλθε τὸ ὄχημα τὸν τόπον, καίπερ πολλὰς τῶν ἡμιόνων μαστιγουμένων. τότε μὲν οὖν ἀπετέθη ἡ ἁγία κεφαλὴ ἐν τῇ προρρη-

mata viva et ratione praedita imago. ad haec id quoque cum animo reputate, quod nobis facile est loco unicae illius multas fabricari imagines, imperator vero ne pilum quidem ullius occisorum potest ullo modo efficere. haec verba praeclari illi viri ad imperatorem detulerunt, flammamque irae iis restinxerunt. nam imperator loco minarum istarum purgationem scripsit iraeque causam manifestavit, "non" inquiens "me delinquente, ideo tanta contumelia debuit post mortem affici mulier omni laude dignissima: in me potius debuit ira indignantium debacchari." addidit etiam graviter se molesteque ferre quosdam a praefectis occisos esse. haec ego commemoravi, tum quia celeberrimi istius monachi libertas mihi silentio non videbatur iuste posse praeteriri, tum ut ostenderem utilitatem legis eius quae magno Ambrosio auctore lata fuit.

Theodosio imperante etiam venerandum caput Ioannis, Christi praecursoris ac baptistae, Cpolin allatum est, inventum quondam apud quosdam monachos Macedonianos, qui Hierosolymis profecti in Cilicia degebant. inde a Valente, cum esset ea de re a Mardonio eunucho admonitus, Cpolin iussum vehi, cum ad pagum cui Cosilai nomen est pervenisset vehiculum, porro progredi noluerunt mulae, quantumvis flagellis

θείσῃ κώμῃ, κρίνοντος τοῦ θεοῦ μὴ τοιούτου δώρου ἀξιωθῆναι τὸν Οὐάλεντα. Θεοδόσιον δὲ τῆς εὐσεβείας ἀμειβόμενος ὁ θεὸς μεταγαγεῖν αὐτὴν τῷ βασιλεῖ συνεχώρησεν, ἣν καὶ ἐν τῷ τοῦ προ- D δρόμου ἀπέθετο ναῷ.

Μετὰ δὲ τὴν κατάλυσιν τοῦ τυράννου Εὐγενίου ἀρρωστήσας ὁ βασιλεὺς τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ Ἀρκαδίῳ καὶ Ὁνωρίῳ τὴν βασιλείαν διένειμε, καὶ τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ τὴν οἰκείαν ἔδωκεν ἡγεμονίαν, τῷ νεωτέρῳ δὲ τῆς Εὐρώπης τὰ σκῆπτρα. ἔχειν δὲ τὴν εἰς θεὸν εὐσέβειαν ἀμφοτέρους παρῄνεσε· διὰ ταύτης γάρ, ἔφη, καὶ ἡ εἰρήνη φυλάττεται καὶ πόλεμοι καταλύονται καὶ πολέμιοι τρέπονται καὶ τρόπαια ἀνίστανται καὶ νίκη βραβεύεται. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς παισὶν αὐτοῦ καὶ διαδόχοις παραινέσας τὸν βίον ἀπέλιπεν, ἀείμνηστον κλέος καὶ ἀξιάγαστον τοῖς πᾶσι καταλιπών.

Ὅτι τὰ ἐν τοῖς νικαρίοις τοῦ νομίσματος ὑποκείμενα Ῥω- P 322 μαϊκὰ γράμματα δηλοῦσι ταῦτα, τὸ κ κιβιτάτες, τὸ ο ὄμνις, τὸ ν νόστραι, τὸ ο ὀβέδιαντ, τὸ β βενερατιόνι, τουτέστιν αἱ πόλεις πᾶσαι τῇ ἡμετέρᾳ πειθαρχείτωσαν προσκυνήσει.

Ὅτι ὁ εἰς τὰ πιττάκια κίων στήλην ἔχει Λέοντος τοῦ τῆς Βηρίνης ἀνδρός.

Ὅτι ἐν τῷ στρατηγίῳ ἐστὶν ὁ τρίπους Ἑκάτης καὶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἔφιππος, φέρων σταυρόν.

Ὅτι τῆς χαλκῆς τὸν λαμπρὸν δόμον Αἰθέριος ἵδρυσεν ὁ μηχανουργὸς καὶ σοφὸς Ἀναστάσιος βουληφόρος.

urgerentur. atque ita tam eo in pago caput repositum fuit, cum deus tanto dono Valentem indignum iudicaret. Theodosio autem hoc pietatis praemium largitus est, ut id Cpolin adferret inque fano Ioannis baptistae deponeret.

Theodosius Eugenio tyranno victo, cum adversa valetudine premeretur, imperium inter filios Arcadium et Honorium divisit, ita ut maior Cpolitanum imperium, alter Europae sceptra gereret. utrumque ad veram pietatem exhortatus est, monens ea et pacem servari et bella confici et hostes fundi et tropaea statui et victoriam parari. his et similibus praeceptis cum filios successuros sibi instituisset, vivendi finem fecit, aeterna et omnibus admiranda gloria post se relicta.

In victoriatis nomismatis literae c. o. n. v. o. hoc designant, Civitates Omnes Nostrae Venerationi Obediant.

In Pittaciis columna statuam habet Leonis qui fuit Verinae maritus.

In praetorio est tripos Hecatae ac Constantinus magnus eques, crucem gestans.

Aereae splendidam aedem Aetherius faber posuit et sapiens Anastasius senator.

Ὅτι ἐπάνω τῆς τοῦ μιλίου ἀψῖδος ἵστανται στῆλαι δύο, τοῦ τε μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, μέσον ἔχουσαι B σταυρόν, ὄπισθεν δὲ Τραϊανὸς ἔφιππος, ἔχων σύνεγγυς τὸν Αἴλιον Ἀδριανὸν ἱππότην.

Ὅτι ἐν τοῖς Λαύσου ἦσαν οἰκήματα παμποίκιλα καὶ ξενοδοχεῖά τινα, ὅπου ἡ φιλόξενος ἐχορήγει τὸ ὕδωρ, ἔνθα ἔσχε τὴν κλῆσιν. ἵστατο δὲ καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς τετράπηχυ ἐκ λίθου σμαράγδου, ἔργον Σκύλλιδος καὶ Διποίνου τῶν ἀγαλματουργῶν, ὅπερ ποτὲ δῶρον ἔπεμψε Σέσωστρις Αἰγύπτου τύραννος Κλεοβούλῳ τῷ Λινδίῳ τυράννῳ. καὶ ἡ Κνιδία Ἀφροδίτη ἐκ λίθου λευκῆς, γυμνή, μόνην τὴν αἰδῶ τῇ χειρὶ περιστέλλουσα, ἔργον τοῦ Κνιδίου Πραξιτέλους. καὶ ἡ Σαμία Ἥρα, ἔργον Λυσίππου καὶ Βουπάλου τοῦ Χίου. καὶ Ἔρως τόξον ἔχων, C πτερωτός, Μυνδόθεν ἀφικόμενος. καὶ ὁ Φειδίου ἐλεφάντινος Ζεύς, ὃν Περικλῆς ἀνέθηκεν εἰς νεὼν Ὀλυμπίων. καὶ τὸ τὸν χρόνον μιμούμενον ἄγαλμα, ἔργον Λυσίππου, ὄπισθεν μὲν φαλακρόν, ἔμπροσθεν δὲ κομῶν. καὶ μονοκέρωτες καὶ τίγριδες καὶ γῦπες καὶ καμηλοπαρδάλεις ταυρελέφας τε καὶ Κένταυροι καὶ Πᾶνες.

Ὅτι ἐν τῇ πρὸς ἀνατολὴν ἀψῖδι τοῦ φόρου ὁ μέγας ἵδρυται Κωνσταντῖνος μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, μέσον ἔχοντες σταυρόν.

Ὅτι ἐν τῷ φόρῳ ὁ πορφυροῦς κίων παρ' αὐτοῦ ἥδρασται, καὶ ἡ στήλη αὐτοῦ ἐστίν, ἐν ᾗ γεγραμμένοι εἰσὶ στίχοι τέσσαρες.

18 γρῦπες malit Xylander

Supra miliarii fornicem duae sunt statuae, magni Constantini et matris eius, et in harum medio crux. a tergo earum Traianus eques, et iuxta hunc Aelius Adrianus eques.

In Lausi erant domunculae variae et quaedam hospitum receptacula, ubi hospitalis illa aquam suggerebat, unde habebat nomen. stabat etiam simulacrum Minervae Lindiae ex lapide smaragdo, altum cubitos quattuor, opus Scyllidis et Dipoeni statuariorum; quod olim donum misit Sesostris Aegyptiorum tyrannus Cleobulo Lindi tyranno. et Cnidia Venus ex albo lapide, nuda, pudenda manu tegens, opus Praxitelis Cnidii. et Samia Iuno, opus Lysippi et Bupali Chii. et Cupido alatus, arcum tenens, Myndo allatus. et Phidiae eburneus Iuppiter, quem Pericles in templo Olympico dedicarat. et Occasionis simulacrum occipitio calvo, sincipite crinito. monocerotes etiam et tigrides et vultures et camelopardi taurelephantus Centauri Panes.

In fornice fori ad ortum solis spectante magni Constantini est statua, aliaque matris eius, et in medio earum crux.

In foro porphyretica columna ab illo est posita, statuaque ipsius est, cui sunt quattuor versus inscripti:

σὺ Χριστὲ κόσμου κοίρανος καὶ δεσπότης.
σοὶ νῦν προσηῦξα τήνδε σὴν δούλην πόλιν
καὶ σκῆπτρα τάδε καὶ τὸ τῆς Ῥώμης κράτος.
φύλαττε ταύτην σῶζέ τ' ἐκ πάσης βλάβης.

ὑπόκεινται δὲ τῷ κίονι καὶ οἱ δώδεκα κόφινοι. πρὸς δὲ τὰ βόρεια D τοῦ φόρου ἔστι τὸ σενάτον, ὅπερ ἐκαύθη ὑπὸ Λέοντος τοῦ τῆς Βηρίνης, ἐν ᾧ πύλη ἐστὶ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος, Τραϊανοῦ δώρημα, τῆς Σκυθῶν μάχης ἔχουσα τὰς αἰτίας τὴν τῶν Γιγάντων μάχην καὶ τοὺς κεραυνοὺς τοῦ Διὸς καὶ τὸν Ποσειδῶνα σὺν τῇ τριαίνῃ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα τόξον ἐσκευασμένον, κάτω δὲ τοὺς γίγαντας ὡς δράκοντας ἐπερχομένους, χερσὶ βώλους ῥιπτοῦντας εἰς ὕψος καὶ βλοσυρὸν εἰσορῶντας. ἵστανται δὲ πρὸς τὴν τοῦ φόρου πλατεῖαν ἀγάλματα δύο, πρὸς μὲν δύσιν τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς, κράνος ἔχον καὶ τὸ Γοργόνειον τέρας καὶ ὄφεις περὶ τὸν τράχηλον ἐμπεπλεγμένους (οὕτως γὰρ τὸ εἴδωλον αὐτῆς οἱ P 323 παλαιοὶ ἱστόρουν), πρὸς δὲ τὴν ἀνατολὴν ἡ Ἀμφιτρίτη, χηλὰς ἔχουσα καρκίνου ἐπὶ τῶν κροτάφων. ἤχθη δὲ καὶ αὐτὴ ἀπὸ Ῥόδου.

Ὅτι ὁ Κωνσταντῖνος ἔστησε τὸν μέγαν σταυρόν.

Ὅτι τὸ τετρασκελὲς τέχνασμα ὃ δῆριν λέγουσιν ἀνέμων ἤγειρεν ὁ μέγας Θεοδόσιος, πυραμίδος σχῆμα ζωγραφοῦν καὶ ζῴοις πλαστοῖς κεκοσμημένον βλαστοῖς τε καὶ καρποῖς καὶ ῥοΐσκοις. γυμνοί τε Ἔρωτες ἵστανται προσγελῶντες ἀλλήλοις ἡμέρως καὶ τοῖς

2 προσῆψα?

tibi Christe mundi domine, rectorque optime,
urbem hanc tibi quae serviat modo subdidi,
et sceptra Romanamque omnem potentiam.
haec tu malis defende semper ab omnibus.

subter eam iacent duodecim corbes. in septentrionali parte fori curia est, quam Leo Verinae maritus incendit. ibi porta est Dianae Ephesinae, munus Traiani. in ea sunt expressae causae belli Scythici, Gigantum pugna, fulmina Iovis, Neptunus tridentem gestans, Apollo arcu instructus. infra Gigantes draconum in modum irruentes, manibus glebas in sublime iactantes, torvum tuentes. ad fori porro plateam stant duae statuae. una versus occasum Lindiae Minervae, casside armata et monstro Gorgoneo, circa collum anguibus complicatis. sic enim imaginem eius prisci referebant. ortui opposita altera, Amphitrite est, cancri forfices habens super temporibus: Rhodo adducta fuit.

Constantinus posuit magnam crucem.

Quattuor pedibus suffultum opus, quod contentionem ventorum vocant, Theodosius magnus erexit, pyramidis formam depingens et fictilibus animalibus exornans, germinibus, fructibus atque malis punicis. stant et nudi Amores, invicem sibi blande arridentes et infra transeun-

κάτω περῶσιν ἐμπαίζοντες. ἄλλοι δὲ ἐποκλάζοντες ἔμπαλιν νέοι, σάλπιγξι χαλκαῖς ἐμφυσῶντες ἀνέμους. χαλκοῦν δὲ βρέτας ὑψόθεν πετόμενον πνοὰς λιγείας δεικνύει τῶν ἀνέμων.

B Ὅτι τὸν τοῦ ταύρου κίονα ἔστησεν ὁ μέγας Θεοδόσιος, τρόπαια καὶ μάχας ἔχοντα κατὰ Σκυθῶν καὶ βαρβάρων τοῦ αὐτοῦ. ἔχει δὲ οὗτος ἔνδοθεν καὶ ὁδὸν ἄνω φέρουσαν. καὶ ὁ κατὰ τὸ ἄμφοδον δὲ ἑστὼς ἱππότης αὐτός ἐστιν ὁ μέγας Θεοδόσιος, χεῖρα τείνων δεξιὰν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ δεικνὺς τὰ ἐγγεγραμμένα τῷ στύλῳ τρόπαια.

Ὅτι ὁ χαλκοῦς βοῦς ἐκ Περγάμου ἦλθε, κάμινος δὲ ἦν ἐν ᾗ πέφλεκται ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀντίπας.

Ὅτι τὰ Ἀμαστριανοῦ λέγεται εἴτε ἀπό τινος εὐτελοῦς πατρίδα ἔχοντος τὴν Ἄμαστριν, ἐλθόντος τε κατὰ πενίαν ἐν τῇ πόλει κἀκεῖ τελευτήσαντος, εἴτε ἀπὸ ἐνεργοῦς τῆς τοῦ τόπου δυσφημίας, ὅτι πᾶς κακοῦργος καὶ φονεὺς αὐτόθι τιννύει δίκην, κλῆσιν C ἔλαχεν αἰσχίστην τῆς Παφλαγόνων ἕνεκεν βδελυρίας. ἦν δέ ποτε ναὸς μέγιστος αὐτόθι Ἡλίου καὶ Σελήνης, οὗ πρὸς ἄρκτον κίονες στοιχηδὸν εἱστήκεισαν, μέσον δὲ κόλπος οἷα κόγχης εὐγύρου, ὕπερθεν δὲ αὐτῆς Ἥλιος ἐπὶ λευκοῦ ἅρματος, ἡ δὲ αὖ Σελήνη νυμφικῶς ἐστεμμένη ἐφ᾽ ἁρμαμάξης ἤγετο. Βύζαντος ἔργα ταῦτα, τοῦ Φειδαλείας ξυνευνέτου. κάτω δὲ πρὸς θέμεθλα δόμου ἐκάθητό τις σκηπτοῦχος ἐπὶ θρόνου, καὶ λαοῖς ἐκέλευσε τοῖς κρατοῦ-

tibus illudentes. rursum alii adolescentes subsidentes aereis tubis ventos inflant; et imago cerea in sublimi volans acutos flatus ventorum denotat.

Tauri statuam posuit magnus Theodosius, suas contra Scythas continentem pugnas et de iis statuta tropaea. habet intus viam sursum ferentem. eques porro in bivio positus ipse est magnus Theodosius, dextram versus urbem intendens, ac monstrans inscripta statuae tropaea.

Bos aereus Pergamo fuit allatus. caminus fuit, in qua ustus est Antipas sanctus martyr.

Amastriana autem dicuntur sive a quodam paupere qui Amastri oriundus in urbem paupertatis causa venit, ibique mortuus est, sive ab infamia loci eius maxima, quod ibi malefici et homicidae supplicio afficiuntur, turpissimam denominationem accepit propter Paphlagonum sceleratam vitam. fuit aliquando ibi maximum templum solis et lunae, in quo versus septentrionem ordine statuae stabant: in medio autem sinus erat conchae similis rotundae, super quem sol in albo curru, tum luna nymphae in morem coronata bigis vehebatur. Byzantis ista erant opera, Phidaliae mariti. inferne autem ad aedis fundamenta sedebat quidam sceptriger in solio, populumque iubebat magistratui parere.

σιν ὑπείκειν. αὐτοῦ δὲ πρὸς γῆν ἦν βρέτας Διὸς ἐκ λευκοῦ λίθου, ἔργον Φειδίου, ἱζάνον τῷ δοκεῖν ἐπὶ κλίνης.

Ὅτι ὁ Ξηρόλοφος ἔργον ἐστὶν Ἀρκαδίου, ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ ταύρῳ.

Ὅτι οἱ ἐλέφαντες οἱ ἐν τῇ χρυσῇ πόρτῃ ὅμοιοί εἰσιν ὧν πάλαι D Θεοδόσιος ἐπιβὰς εἰς τὴν πόλιν εἰσήλασεν.

Ὁ αὐτὸς μέγας Θεοδόσιος ἐπεθύμησε καταλαβεῖν τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ περιβαλόμενος σχῆμα ἰδιωτικὸν ἦλθεν ἐν τῇ πύλῃ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κρούσαντος ἤνοιξέ τις ὑπηρετῶν. πάντων δὲ τῶν λύχνων σβεσθέντων, τῷ εἰσελθεῖν τὸν βασιλέα αἰφνίδιον πάλιν ἀνήφθησαν ὡς ἐν πανηγύρει. ὁ δὲ θυρωρὸς ἐκπλαγεὶς ἀπήγαγεν αὐτὸν πρὸς Ἰωάννην τὸν ἀρχιερέα. ὁ δὲ δι' εὐχῆς ἐπέγνω αὐτόν, καὶ ἐμακάρισεν ὅτι βασιλεὺς ὢν ἐν τοιούτῳ P 324 σχήματι παρεγένετο προσκυνῆσαι τοὺς ἁγίους τόπους.

Οὗτος ὁ μέγας Θεοδόσιος πολεμῶν τῷ τυράννῳ Εὐγενίῳ, εὑρὼν εὐκτήριον ἐν τῷ ὄρει, ἔπεσεν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κλαίων καὶ τὸν θεὸν ἱκετεύων ἐπικουρῆσαι αὐτῷ. καὶ μικρὸν ἀφυπνώσας ἐξ ἀθυμίας ὁρᾷ δύο τινὰς ἐφ' ἵπποις λευκοῖς καθημένους, λέγοντας αὐτῷ θαρσεῖν καὶ τὸν στρατὸν διεγείρειν εἰς πόλεμον. τῶν δὲ φανέντων ὁ μὲν ἔλεγεν ἑαυτὸν Ἰωάννην ὁ δὲ Φίλιππον τοὺς ἀποστόλους. ταύτην δὲ τὴν ὅρασιν καὶ εἷς τῶν στρατιωτῶν ἰδὼν ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ. καὶ πολέμου συγκροτηθέντος προσερρύη ὁ στρατὸς τοῦ Εὐγενίου τῷ βασιλεῖ. προηγεῖτο δὲ ἐν τῷ στρατῷ B

ibidem ad terram Iovis erat simulacrum ex albo lapide, quod videbatur in lecto sedere, opus Phidiae.

Xerolophus Arcadii opus est, tauro per omnia simile.

Elephanti ad auream portam similes sunt eorum quibus olim in urbem invectus fuit Theodosius.

Idem magnus Theodosius Hierosolyma intrare cupiens eo habitu privati hominis se contulit, venitque ad portam sanctae Anastasiae. eam cum pulsasset, famulus quidam aperuit. cum vero omnes lucernae essent exstinctae, imperatoris introitu universae accensae subito sunt, ut in solemnitate. ianitor autem attonitus miraculo eum ad Ioannem pontificem maximum adduxit. qui eum ut agnosceret, deum precando est consecutus, beatumque praedicavit: qui cum esset imperator, tali habitu venisset adoratum sacra loca.

Idem Theodosius bellum gerens contra Eugenium tyrannum, in monte oratorium cum invenisset, in pavimentum sese prostravit ac lacrimans deum opem poposcit. inde cum prae animi aegritudine paululum obdormivisset, vidit in somnis duos quosdam albis equis insidentes, a quibus iubebatur bono esse animo et exercitum ad pugnam excitare. eorum alter se Ioannem alter Philippum apostolos nominabant. idem cuidam militum visum apparuit, isque rem imperatori exposuit. commissa autem pugna exercitus Eugenii ad Theodosium transiit. anteibat

τοῦ Εὐγενίου ἡ εἰκὼν τοῦ Ἡρακλέος, Θεοδοσίου δὲ ὁ τίμιος σταυρός. ἔτι δὲ ἔστησεν ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος καὶ τὸν κίονα τοῦ ταύρου. κτίζει δὲ καὶ πόλιν ἐν Θρᾴκῃ, Θεοδοσιόπολιν ὀνομάσας, τὸν πρὶν λεγόμενον Ἄπρων ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν κατ' ἀρχὴν Ἄπρου, ὃς ἦν πενθερὸς Καρίνου, ὃς καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. ἔκτισε δὲ καὶ ἑτέραν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τὸ πρὶν Βεργούλιον λεγομένην.

Εὐγενίου τυραννήσαντος ἀντιγράφει καὶ Ἀργάβαστος ὁ ἀπὸ Γαλατίας σὺν αὐτῷ τυραννῆσαι. ἀκούσας δὲ ἐν Ῥώμῃ ὁ μικρὸς Οὐαλεντινιανός, ὁ τοῦ μεγάλου Οὐαλεντινιανοῦ παῖς, ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. ἔσπευσε δὲ ὁ μέγας Θεοδόσιος εἰς ἐκδίκησιν αὐτοῦ.
C *ἐξιὼν δὲ κατὰ τοῦ τυράννου Εὐγενίου οὐκ ἰδίᾳ ἰσχύϊ ἐθάρρησεν, Ἰωάννου δέ τινος Αἰγυπτίου μοναχοῦ μεγάλου τὴν ῥάβδον ἀντὶ δόρατος τὴν ἐπωμίδα δὲ ἀντὶ κράνους ὁπλισάμενος, κατὰ κράτος τὸν ἀλιτήριον χειροῦται ζῶντα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἀνεῖλε. μετὰ δὲ τὴν νίκην τούτου εἰσελθὼν ἐν Ῥώμῃ πλεῖστον τῇ πόλει ἐχαρίσατο, καὶ τὰ ἐν τοῖς μαγκιπείοις τῶν καταπιπτόντων ζῴων ἄχρι γήρως τοῖς μύλωσι συγκλειομένων καὶ ἀλήθειν κατεπειγομένων περιεῖλε, καὶ τὴν τῶν μοιχευομένων γυναικῶν ὕβριν, τὴν ἐν πορνείαις διὰ κώδωνος ἐλεγχομένην, περιέκοψε.*

D *Τῷ ια' ἔτει νικήσας Μάξιμον τὸν τύραννον ἀνεῖλε καὶ Ἀνδραγάθιον τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ ὡς φονεύσαντα Γρατιανόν.*

Eugenii exercitum imago Herculis, Theodosii veneranda crux. constituit porro Theodosius columnam tauri. et in Thracia urbem condidit quam a se Theodosiopolin nominavit, cum ante Apron diceretur ab auctore suo Apro, socero Carini et sui generi interfectore. aliam quoque urbem condidit, ac de filii nomine Arcadiopolin dixit, cum ante appellaretur Bergulium.

Cum Eugenius tyrannidem invasisset, Arbogastus etiam Gallus socium se eius tyrannidi praebuit. id cum Romae percepisset Valentinianus iunior, Valentiniani magni filius, suspendio sese vita eduxit. ad quem ulciscendum Theodosius expeditionem movens non est propriis viribus confisus: sed Ioannis cuiusdam Aegyptii magni monachi baculum pro hasta, cucullam pro galea usurpans, Eugenium caeso eius comitatu vivum in potestatem redegit. a victoria profectus Romam plurima in urbem beneficia contulit, abolevitque consuetudinem qua mancipia in locum bestiarum pereuntium in pistrina dedebantur et molere usque ad senectutem cogebantur, itemque eam qua adulterarum mulierum scortationes nolae tinnitu publicabantur.

Undecimo anno Maximum tyrannum necavit et eius copiarum ducem Andragathium, utpote interfectorem Gratiani. ut Romam venit,

ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥώμην ἔστεψεν Ὀνώριον τὸν υἱὸν αὐτοῦ βασιλέα,
καὶ ἀνῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. καὶ τοῦ Ἀλεξανδρείας Θεο-
φίλου αἰτησαμένου τὰ ἱερὰ πάντα τῶν Ἑλλήνων καθῃρέθησαν καὶ
τὰ εἴδωλα ἐχωνεύθησαν καὶ εἰς χρείας πενήτων ἐδόθη. τότε καὶ
Μάρκελλος ὁ ἐπίσκοπος Ἀπαμείας τῆς Συρίας ναοὺς Ἑλληνικοὺς
καταστρέφων ὑπὸ Ἑλλήνων ἀναιρεῖται. τοῦ δὲ ναοῦ τοῦ Σαρά-
πιδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λυομένου ἱερογλυφικὰ γράμματα εὑρέθη
σταυροῦ τύπον ἐπέχοντα, ἅπερ οἱ ἐξ Ἑλλήνων θεασάμενοι ἐπί-
στευσαν, λέγοντες σημαίνειν τὸν σταυρὸν κατὰ τὴν τῶν ἱερογλυ-
φικῶν γραμμάτων ἔννοιαν ζωὴν ἐπερχομένην. τοῦτον τὸν Σάρα- P 325
πιν οἱ μὲν τὸν Δία εἶναι λέγουσιν, οἱ δὲ τὸν Νεῖλον διὰ τὸ τὸν
μόδιον ἔχειν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τὸν πῆχυν. οἱ δὲ Ἀπίν τινα ἄν-
θρωπον εὔπορον ἐν Αἰγύπτῳ γεγονέναι, ὃς ἐν καιρῷ λιμοῦ ἐκ
τῶν ἰδίων ἐπήρκεσεν Ἀλεξανδρεῦσιν, ᾧ καὶ τελευτῶντι ναὸν καὶ
στήλην ἀνέστησαν· καὶ βοῦς αὐτοῦ ἐτρέφετο, ὃν καὶ Ἄπιν ἐκά-
λουν ὁμωνύμως τῷ δεσπότῃ. σύμβολον οὗτος ἦν τοῦ γεωργοῦ.
μετωνόμασαν δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον καὶ Γόρασιν, καὶ Σάρα-
πιν τὴν στήλην. ἐν τῷ ναῷ γοῦν τούτου ἄγαλμα μέγα καὶ φοβε-
ρὸν οἷον ἐκ διαφόρου κατεσκευασμένον ὕλης ἵστατο, ὡς ἑκατέραις
χερσὶν ἑκατέρων ἔχεσθαι τῶν τοίχων. ἔνδον δὲ τούτου τοῦ μεγί-
στου ἀγάλματος ἄλλος ναὸς καὶ εἴδωλον καὶ ξόανον ἀπῃώρητο B
χαλκοῦν, οὐ μέγα δέ. τούτου τῇ κεφαλῇ σίδηρον ἐνείραντες,
τοῖς φατνώμασι δὲ τῆς στέγης ἄνωθεν μαγνῆτιν λίθον κατὰ
κάθετον ἐνθέμενοι, μετέωρον τοῦτον τοῦ ἀέρος ἀφῆκαν ὁρᾶ-

Honorium filium suum coronatum imperio inauguravit. inde Cpolin reversus, postulante Alexandreae episcopo Theophilo, omnia falsorum numinum fana deiici et simulacra conflari ac in pauperum usus erogari curavit. quo tempore etiam Marcellus Apameae (Syriae urbs est) episcopus Graecanica templa demoliens a Graecis est necatus. ceterum templo Serapidis Alexandreae destructo sacrae literarum notae inventae sunt crucis forma. eas cum vidissent Graecae religionis homines, fidem Christianam amplexi sunt, dicentes hieroglyphico sensu crucem designare vitam supervenientem. hunc Serapin alii Iovem esse perhibent, alii Nilum, ideo quod modium habet in capite et cubitum. alii Apin quendam aiunt hominem divitem fuisse in Aegypto, qui urgente fame Alexandrinis de suo suppeditaverit. ei defuncto fanum fuisse et statuam positam, eiusque bovem publice nutritum ac domini sui nomine affectum. id fuisse symbolum agricolae: sed et viri eius nomen in Gorasin, statuae in Serapin mutaverunt. in templo huius Serapidis statua fuit ingens atque terribilis, diversa ex materia constans et duabus manibus duos templi muros attingens. intra hanc aliud fanum, simulacrum, et statua aenea, non magna. huius capiti infixerant ferrum, et e regione supra in tecti laquearibus lapidem magnetem; itaque

σθαι κρεμάμενον, καὶ οὔτε γῆς οὔτ' αὐτῆς τῆς στέγης ἐφαπτόμενον.

Ἰστέον ὅτι τὸ μὲν εἴδωλον οὐδεμίαν ὑπόστασιν ἔχει, τὸ δ' ἴνδαλμά τινός ἐστιν ὁμοίωμα καὶ ἀπεικόνισμα. καὶ εἴδωλον μὲν Σφίγγες Κένταυροι κυνοπρόσωπα καὶ βουκέφαλοι ἤγουν τὰ μὴ ὑφεστῶτα, ὁμοιώματα δὲ τῶν ὑφεστώτων εἰκάσματα, οἷον ἡλίου σελήνης ἄστρων ἀνθρώπων θηρίων ἑρπετῶν καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων.

C Ἰστέον ὅτι Χαλδαῖοι τὸ πῦρ ὡς πάντων ἀναιρετικὸν σέβονται, καὶ πάντας τοὺς Ἑλλήνων θεοὺς κατέδραμον. προσῆλθον δὲ καὶ τῷ Κάνωπος ἱερεῖ, καὶ αὐτὸς μηχανᾶταί τι τοιοῦτον. εἰς τύπον ἀγάλματος ὑδρίαν ὀστρακίνην κατασκευάσας τρήσεις ὑπέθηκε λεπτάς, ἃς κηρῷ φραξάμενος καὶ χρώματι καλλύνας, παλαιοῦ ἀγάλματος ἀποτεμὼν κεφαλὴν καὶ ἐφαρμόσας τῷ σκεύει εὐφυῶς, καὶ τῷ πυρὶ προσαγαγὼν ἤλεγξεν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν, κατὰ μικρὸν διὰ τοῦ ὕδατος ἀποσβεσθέντος.

Τῷ ιε' καὶ ις' ἔτει αὐτοῦ Θεοδόσιος νόμον γράφει γυναῖκα εἰς διακόνισσαν μὴ προβαίνειν, εἰ μὴ ὑπερβῇ τὰ ξ' ἔτη. τῷ αὐτῷ
D ἔτει Πλακίλλα ἡ γαμετὴ Θεοδοσίου ἐκοιμήθη, εὐσεβὴς οὖσα καὶ φιλόπτωχος, οἰκείαις χερσὶ λωβοῖς καὶ νοσοῦσιν ὑπηρετοῦσα. ταύτης τὸν ἀνδριάντα κατέαξαν οἱ Ἀντιοχεῖς διὰ τὰ ἐπιτεθέντα δημόσια παρὰ τοῦ βασιλέως τελεῖν αὐτούς. τότε καὶ Ἰωάννης ὁ

1 αὐτῆς] αὖ?

effecerant ut statua in aëre videretur suspensa, neque terram tangens neque tectum.

Inter idolum et indalma hoc interesse noveris, quod idolum nullius est rei in natura exstantis signum, indalma autem alicuius similitudo atque effigies rei. idolum est, ut verbi gratia Sphinges, Centauri, vultu canino aut capitibus bovillis praediti: ea enim nusquam sunt. simulacra autem sunt ut solis, ut lunae, ut astrorum, ut hominum, ferarum, repentium, et aliorum id genus.

Nota Chaldaeos ignem, ut quo omnes res consumantur, pro deo coluisse, et omnes Graecorum deos refutasse. hi cum ad Canopi etiam sacerdotem pervenissent, is tali usus est astu. situlam fictilem in statuae formam apparavit, quam tenuibus foraminibus cera oppletis pertusam aqua implevit, inductoque colore et statuae capite artificiose imposito igni admovit, itaque vim ignis refellit, paulatim aquae defluxu exstincti.

Anno sui imperii 15 et 16 Theodosius legem tulit, ne qua mulier ad diaconissae munus reciperetur nisi annum 60 egressa. eodem anno moritur Placilla Theodosii uxor, pia et pauperum studiosa, quae suis manibus aegrotis atque male affecto corpore hominibus ministrabat. huius statuam confregerunt Antiocheni ob exactionem imperatoris; qua

Χρυσόστομος, πρεσβύτερος ὢν Ἀντιοχείας, λόγους περὶ τούτου θαυμαστοὺς ἐξέθετο, οὓς ἀνδριάντας ἐπέγραψε. τότε καὶ ἡ ἐν Θεσσαλονίκῃ σφαγὴ τῶν ιε' χιλιάδων τοῦ λαοῦ ὑπὸ Θεοδοσίου γίνεται, καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων εἰς αὐτὸν βασιλέα πραχθέντα. διὸ καὶ νόμον ἐκτίθεται τοῖς καταδικαζομένοις θανάτῳ ἢ δημεύσει προθεσμίαν λ' ἡμερῶν εἰς διάσκεψιν δίδοσθαι.

Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει τοῦ ποταμοῦ Νείλου κατὰ τὸ ἔθος μὴ ἀναβάντος (P 326) ἔχαιρον οἱ Ἕλληνες, λέγοντες αἴτιον εἶναι τούτου τὸ κωλυθῆναι θύειν τοῖς θεοῖς αὐτῶν. ὅπερ μαθὼν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς εἶπε "μὴ γένοιτό ποτε ποταμὸν θυσίαις χαίροντα ἐπὶ τὴν γῆν πλημμυρῆσαι." ὁ δὲ θεὸς τοῦτο ἀποδεξάμενος εὐλόγησε τὴν ἀνάβασιν τοῦ ποταμοῦ, ὥστε ἅπαντας τοὺς κατ' Αἴγυπτον φοβηθῆναι μὴ καὶ αὐτὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατακλύσῃ ἡ πλημμύρα τοῦ ὕδατος.

Ἐν Μεδιολάνῳ ὑπάρχοντος τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου οἱ ἐκ Κωνσταντινουπόλεως Ἰουδαῖοι, ἐκ προστάξεως Ὁνωράτου ἐπάρχου, (B) συναγωγὴν ἐν τοῖς Χαλκοπράτοις πολλῶν ταλάντων εἰργάσαντο. τῶν δὲ Χριστιανῶν δυσφημούντων κατὰ τοῦ ἐπάρχου αὐτὸς οὐ προσέσχεν· ἦν γὰρ Ἕλλην. πῦρ οὖν ἐμβαλόντες νυκτὸς ταύτην κατέκαυσαν. γράφει τοῦτο ὁ ἔπαρχος πρὸς Θεοδόσιον, ἐγκαλῶν τοῖς πολίταις· ὁ δὲ ὁρίζει ζημίαν ὑποστῆναι τοὺς τοῦτο δράσαντας καὶ κτισθῆναι τὴν συναγωγήν. προσφεύγουσιν οἱ πολῖται πρὸς τὸν μέγαν Ἀμβρόσιον. ὁ δὲ τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστοῦ

de re Ioannes Chrysostomus, eo tempore Antiocheae presbyter, mirandas edidit orationes, statuarum titulo. tunc etiam iccirco Thessalonicae Theodosius 15 hominum milia interfecit, et Ambrosius Mediolani episcopus ea cum imperatore egit quae rettulimus. quibus motus imperator legem tulit quae recognoscendae sententiae causa damnato mortis aut publicationis 30 dierum dilationem concedebat.

Eo ipso anno, cum Nilus pro more non exundasset, Graeci laeti hanc dixerunt esse causam, quod diis suis sacrificare interdictum ipsis esset. Theodosius eorum sermone cognito "absit" ait "ut fluvius sacrificiis gaudens terram irriget." deus autem id eius responsum ita probavit ut Nilum exundare iusserit adeo ut universi Aegyptii in metum venerint, ne ipsam quoque Alexandream eluvio ista perderet.

Dum Mediolani degit Theodosius, interim Iudaei qui Cpoli vivebant, mandato Honorati praefecti, multis talentis constantem in Chalcoprato aedificant synagogam. praefectus a Christianis eius rei causa obiurgatus, utpote Graecae religionis sectator, animum eis non advertit. itaque ii noctu eam igne iniecto cremant. praefectus eo de facto ad imperatorem scribit, cives accusans, impetratque ut is iubeat multari cives et refici synagogam. cives opem Ambrosii implorant. is cum

γενεθλίων ἐνστάσης καὶ τοῦ βασιλέως εἴσοδον ποιήσασθαι μέλλοντος, δημηγορεῖ ὁ μέγας Ἀμβρόσιος ὀλίγα μὲν περὶ τῆς ἑορτῆς, C τὰ πλείω δὲ τοῦ βασιλέως καθαπτόμενος σφοδρῶς, φάσκων οὕτως ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ "οὐκ ἐγώ σε ποιμένα ὄντα προβάτων ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων ἔλαβον, καὶ τοῦ λαοῦ μου ποιμένα καὶ βασιλέα κατέστησα; οὐκ ἐγώ σου τὴν κεφαλὴν αὐχμῶσαν καὶ φθειριῶσαν χρυσῷ στεφάνῳ κατεκαλλώπισα καὶ ταινίᾳ χρυσοπορφύρῳ ἐκόσμησα; καὶ ἵνα τί τοὺς σφαγέας τοῦ υἱοῦ μου προκρίτους ἄγεις καὶ τὸν ἐμὸν λαὸν κατατρύχεις, ποινηλατῶν τὴν κληρονομίαν μου; καὶ ὁ βασιλεὺς "τί ποιεῖς, ἐπίσκοπε; τὴν ἑορτὴν καταλιπὼν ὅλην ἐπ' ἐμὲ τὴν δημηγορίαν ἐξήρτησας;" καὶ ὁ Ἀμβρόσιος "οὐ κατά σου, βασιλεῦ, ἀλλ' ὑπέρ σου. τί γὰρ ἔσται Χριστιανοῖς ἄλλο δεινότερον, ἵνα καὶ Ἰουδαίων συναγωγὰς ἀπαρ- D τίζωσι;" καὶ ὁ βασιλεὺς "καὶ δίκαιόν ἐστιν ἵνα ὃ ἐὰν δόξῃ δήμῳ ἀτάκτῳ ἐπὶ βασιλικῇ πόλει κατεργάζηται;" καὶ ὁ Ἀμβρόσιος "καὶ τοῦτο δίκαιόν ἐστι, βασιλέων θεοσεβέστατε, ἵν' ἐπὶ πόλεως βασιλευούσης Ἰουδαῖοι βλασφήμους ᾠδὰς ἀναπέμπωσι; μὴ τούτῳ στοιχήσῃς, βασιλέων πανάριστε· αἱ γὰρ ἐκείνων εὐχαὶ βλασφημίαι καὶ ὕβρεις καὶ ἀρρητολογίαι τυγχάνουσι." καὶ ταῦτα λέγοντος Ἀμβροσίου ἀφῆκεν ὁ βασιλεὺς τὸ ἐπιτίμιον, νόμον ἐκθέμενος μὴ ἔχειν Ἰουδαίους ἐν Βυζαντίῳ συναγωγὴν μήτε τολμᾶν δημοσίᾳ προσεύχεσθαι.

